




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Theses Theologicæ De Gratia, Libero Arbitrio,
Prædestinatione, &c. In Qvibus Doctrina Theologorum
Societatis Jesu contra Corn. Jansenii [Iansenii]
Augustinum Defenditur**

Derkennis, Ignatius

Antwerpiae, 1641

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73715)



Th. 447a




D. 4

5.



V. 15
2



THESES THEOLOGICÆ
DE GRATIA,
LIBERO ARBITRIO,
PRÆDESTINATIONE, &c.

IN QVIBVS DOCTRINA THEOLOGORVM SOCIETATIS IESV
CONTRA
CORN. IANSENII AVGVSTINVM
DEFENDITVR,
IN VI. CAPITA DIVISÆ:

- PRIMUM Theologos Societatis IESV à Pelagianismi & Semi-Pelagianismi nota liberat.
- II. Ostendit eorundem doctrinam consentire S. Scripturæ, Concilijs, SS. Patribus, & DD. Scholasticis: Iansenianam verò ab his, & imprimis ab Academiæ Louaniensis antiquis modernisque Doctoribus dissentire.
- III. Iansenij doctrinam opponit Concilij Tridentini definitionibus.
- IV. Eandem componit cum Propositionibus damnatis à Pio V. & GREGORIO XIII. Pontificibus.
- V. Eandem cum Caluini aliorumque heterodoxorum opinionibus in statera appendit.
- VI. Multa detegit non modò Theologis Societatis IESV, sed & sanctis Ecclesiæ Patribus à Iansenio falsò imposita.

*Præsede R. P. IGNATIO DERKENNIS Societatis IESV,
Sacre Theologiæ Professore.*

*Defendet ÆGIDIUS THEBAULT eiusdem Societatis.
Louanij in Collegio Societatis IESV, Martij 1641.*

ANTVERPIÆ,
Apud IOANNEM MEVRSIVM, anno M. DC. XLI.
CVM SVPERIORVM PERMISSV.

THESES THEOLOGICAE
DE GRATIA
LIBRO ARBITRIO
PRAEDESTINATIONE, &c.
IN QVIBUS DOCTRINA THEOLOGORVM SOCIETATIS IESV
CONTRA
CORN. IANSENII AVGVSTINVM
DEFENDITVR.

IN VI. CAPITA DIVISA:
I. In quibus Theologos Societatis Iesv a Pelagianis & Semi-
Pelagianis nota libere
II. Obiicitur eorum doctrinam continere 2. scripturae
Concilii 22. Patrum & DD. Scholasticorum iustitiam
universam ab his & iniquam ab Aduersariis I. Iansenio
sacris modernisque Doctoribus diluamur.
III. In quibus doctrinam oppositae Concilii Tridentini definitio-
nis.
IV. Eandem comparatur cum Propositionibus damnatis a Pio V.
& Gregorio XIII. Pontificibus.
V. Eandem cum Calvinii aliorumque haereticorum opinio-
nem in haec appendix
VI. Multa deest non modo Theologos Societatis Iesv, sed
haec Ecclesiae Patrum haec in hoc in potius.
Iussu & Auctoritate DE KERNIS Securus Iesv
Suae Praesens Praesens
Cura & Auctoritate Praesens in haec Societate
Imprimi in Coloniae Societate Iesv, Stamp 1641.

ANNO MDCXLII
APUD IOHANNEM MEYERVM, ANNO M. DC. XLII.
GEN. THEOLOGORVM SOCIETATIS

SERENISSIMO PRINCIPI
FERDINANDO
AUSTRIACO
HISPANIARVM INFANTI,
S. R. ECCLESIAE
CARDINALI
BELGARVM GVBERNATORI.

PATERE has breues, SERENISSIME PRINCEPS, orthodoxorum Scriptorum, atque aded ipsius veritatis sanæq; doctrinæ, vindicias, in sinum REGIÆ CELSITVDINIS TVÆ conuolare, quando calumniæ tantum licere nonnulli eius fautores voluerunt, vt in illis oppugnandis Magni Nominis Tui patrociniū affectaret. Protruserunt illi nuper in lucem librum quemdam, (Augustinum, si Superis placet) posthumum foetum Cornelij Iansenij Episcopi nuper Iprensis: cui libro multorum in Societatem nostrā odium ac maleuolentia pretium fecit: magnis quippe Reipublicæ Christianæ ac præsertim Societatis nostræ luminibus, Bellarmino, Molinæ, Valentia, Suario, Vasquio, Lessio, & alijs, nescio quas offundere nebulas, virisq; modestissimis superbiam, sapientissimis pueriles hallucinationes, Catholicæ fidei defensoribus hæresim affingere non erubescit. Quod in contumeliam Sacratissimæ Purpuræ Tuæ & Austriaci Hispaniq; nominis fieri quis neget? dum eos peruerforum dogmatū adeoq; hæreseos insimulat, (idq; Tuo calculo confirmari cupit) quibus Maiores Tui Catholicæ fidei in variis regnis ac provinciis ab interitu vindicationē, in alijs etiam per immensa terrarum spatia propagationem, acceptam retulerunt.

* 2

Ad

Ad nos quod attinet, cetera quidem conuicia, sarcasmos, maledicta, denique infamiæ genus omne nostro aspersum nomini, Christianæ caritatis igne concoquere potest, soletque Societas: at hæreseos labe commaculati eos, qui vitam & sanguinem orthodoxæ religioni propagandæ consecrarunt, & implacabile bellum hæreticis indixerunt; enimuero id minimè ferendum. Non tulit olim clarus ille inter antiquos Patres Agathon: qui cum ad reliqua probra summâ animi demissione, confitenti similis tacuisset, obiectâ hæreseos suspitione excanduit, eamque à se, quibus potuit verbis, amolitus est. Non tulit Ordinis nostri parens S. Ignatius, qui ceteroquin in lucro ponebat se ludibrio haberi. Cum enim in ipsis exortæ Societatis incunabulis Michael quidam Nauarrensis nostros homines hæreseos infamiâ notasset; nullis amicorum precibus induci potuit, ut à vindiciis nominis sui ac suorum iure reposcendis abstineret: asserens cum D. Augustino; Nobis necessariam esse vitam nostram, sed proximo famam nostram: eumque, qui famæ suæ rationem habet, in alios etiam esse misericordem. Non dissimilis nobis iustæ defensionis necessitas imponitur, quando nos ille Pseudo-Augustini parens non tantum toto opere carpit ac vellicat; sed distortis etiam parallelis Societatis existimationem metitur, & mendaci statera fraudulenter expendit. Quid enim iniquius, quam ut Eminentissimus Cardinalis Bellarminus tot nobilium palmarum pugil, quem tot tamque illustres aduersus hæreticos concertationes Romanâ Purpurâ nobilitarunt; ob hæc ipsa scripta reus hæreseos peragatur, ob quæ ad sacrum illum Ecclesiastici Principatus apicem euehi meruit? Quid Suarium eiusque lucubrationes commemorem? quibus nihil limatius, nihil perfectius proferri posse magnum illud Louaniensis Academiae lumen Jacobus Clarius profitebatur: quem communem illius æui Magistrum sapientissimi homines indigitare solebant: quem Alphonsus à Castello-Branco Conimbricensis Episcopus alterum nominabat Augustinum: quem Complutenses Doctorem esse cupiebant suum, Romani suum vindicabant, Salmanticenses repete-

repetebant: sed diremit litem pientissimus parens tuus PHILIPPVS III. eumque sibi suo iure vindicauit, & Conimbricensibus poscentibus assignauit. Quid de Vasquio dicam, quem in publico Complutensis Academiae plausu, acclamantium fauor iis ornauit encomiis, quæ hîc referre pudor nos vetat? Quid de Molina, cuius librum de Concordiâ liberi arbitrij cum Gratia donis & Prædestinatione ALBERTVS Cardinalis, postea Belgarum Princeps, tunc Lusitaniæ Prorex & sanctæ Inquisitionis caput, grauissimo suo iudicio orthodoxæ fidei per omnia consentaneum, ac luce dignissimum in publicam totius Ecclesiæ vtilitatem approbavit? Hi tamen tales, tantique viri, censore Iansenio, & pueriliter hallucinantur, & Pelagianis ipsis ac Semi-Pelagianis periculosius delirant. Denique vt ceteros præteream, quid Lessius, modestiæ candorisque exemplar, cuius vitam ac doctrinam cælestibus etiam post mortem prodigiis Deus videtur illustrare; quid, inquam, commeruit, emeritus tot annorum Doctor, vt tam indignè tractaretur, ac tantum non pedibus conculcicaretur?

Et hæc homines illi REGIÆ TVÆ CELSITVDINI probari posse existimarunt, ignari scilicet Tui in Societatem amoris, quem cum ipso lacte suxisti. Quid si præterea studiorum similitudo, bellum, inquam, hæreticis indictum, Te nobis beneuolum ac propitium reddidit? Gaudet certè Belgica nostra, sibi que plaudit tam strenuo contra Caluianos Batauos defensore: & in generosissimo nepote tot Austriadarum Heroum agnoscit hæredem, simulque labores à Maioribus tuis pro Ecclesiæ defensione susceptos recordatur. Te dum intuetur, non sine tenero quodam animi sensu recolit, quot quantasque capitis ac fortunarum dimicationes auitæ fidei tuendæ causâ, suscepit nuper ALBERTVS PIVS, eiusque coniux ISABELLA CLARA EVGENIA, amita Tua, eodem semper inter prospera aduersaque, robore animorum, cum se Dei & Ecclesiæ causam agere, non suam profiterentur. Te dum Regiæ in se beneuolentiæ certissimum pignus amplectitur, non potest non recordari, quàm

magnis animis & Christiano Monarchâ dignis Augustissimus Parens, Auus, Atauusque tuus, argentum omne aurumque Peruvianum, imò totius Orientis & Occidentis opes pro nihilo duxerint, vt Catholicam religionem partim ab hæreticorum infestatione tuerentur, partim apud barbaros lógè lateque propagarent. At qui illorum ad eam rem administri? quæ auxiliares copiæ, vt Christi signa toto orbe circumferrent? Liceat hîc nobis, in partem laborum non minimâ venientibus, ad huius gloriæ consortium aspirare. Suffragabitur hac in parte nobis ALEXANDER FARNESIVS Dux Parmensis, Catholicorum in Belgio armorum Archistrategus, qui sapientissimo auo tuo PHILIPPO II. per litteras suggessit, non posse illum firmiores Catholicæ religionis arces in ciuitatibus à se subiugatis excitare, ad continendos in fide subditos, quàm si in singulis Collegium Societatis IESV erigi fundarique iuberet. Suffragabuntur iidem ALBERTVS & ISABELLA, qui, erudiendis ad pietatè atque orthodoxa sacra populis, toto passim Belgio nos habitare voluerunt. De fide autem à Societate per vtrasque Indias latè amplificatâ, nec sudore tantùm, sed & sanguine Martyrum irrigatâ, notius est, quàm vt à nobis debeat commemorari.

Hæc pauca tantùm necessariæ defensionis gratiâ visum est repræsentare: easque partes ad collegium hoc Louanienfè præcipuè duximus pertinere, in quo & Bellarminus & Lessius Theologiam olim docuerunt, quos præcipuè impetit Iansenius. Ac defensione nihil opus fuisset, si summorum Pontificum PAVLI V. & VRBANI VIII. auctoritas apud Reuerèdissimum Iansenium, eiusque prolis posthumæ susceptores tutoresque, valuisset. Nunc verò neque poena à supremo tribunali decreta illum à scribendo deterruit, neque hos ab eius scriptis publicæ luci exponendis. Quin imò cum Reuerendissimus Papæ Internuntius suæ Sanctitatis mandatum eis ritè denuntiaffet, tantum abest vt auctoritati quidpiam detulerint, vt etiam ardentius exemplaria libri (necdum perfectâ impressione) distraxerint, & quia in Angliam Hollandiamque, eiusmodi mercium appetentes

petentes, ingens submittebatur copia, Societatis aduersarij nouas etiam editiones adornarint. Hinc factum, vt non solum iam in Academijs & Theologorum cœtibus, sed etiam apud Ecclesiasticos Politicosque Magistratus, imò & in religiosis, etiam Virginum, cœnobijs, & otiosorum circulis, & publicis priuatisque symposijs, Iesuitæ tamquam hæreses à Iansenio conuicti traducantur. Sineret vtinam Apostolica Sedes calamos stringere! Deus Bone! quantas, quoties, occasiones, quàm præclaras suppeditat Societati Iansenius, de doctrinâ eius, quam tanto ambitu in aciem producit, triumphandi? Sed Romanæ Sedis reuerentiâ (cui iudicium omne, ac censuram deferri par est) in arctum nos contrahimus, & aduersus vim & iniuriam solâ Disputatione Academicâ, quam indagandæ veritatis studio hæctenus Theologis permissam Pontifices voluere, nos tuemur. Hanc tamen ipsam in sinum benevolentie Tuæ coniicimus, SERENISSIME PRINCEPS, rogamusque vt eius Societatis existimationem patrocinio tuo fulcias, cui Potentissimus Rex frater tuus non ita pridem Regiam Academiam Madritensem demandauit. Ita Deus REGIAM CELSITVDINEM TVAM, religionis suæ fideique defensorem, cœlesti præsidio muniat, nouisque victorijs augeat. Hoc ex animo vouet

REGIÆ CELSITVDINI TVÆ

Deuotissimum.

Collegium Louaniense Societatis IESV.

PRÆFATIO AD LECTOREM.



DOCTRINA de Predestinatione, Gratiaque auxilii cum arbitrii libertate conciliandis (quod precipuum est huius Disputationis argumentum) adeo difficilis & ardua semper existit, ut si unquam alias, certè hoc seculo per precipuas Europe Academias, magnis partium studiis fuerit disceptata. Cumque res eò deducta esset, ut ob acerrimos Theologorum conflictus, non leue Catholicorum dissidium, adeoque etiam scandalum aliquod, calamitosissimis hisce Christiane reipublica temporibus sanè importunum, paritura timeretur; censuit Sedes Apostolica malo imminente, opportuno remedio occurrendum. Statuit igitur sanctissimus Ecclesie Pater Paulus V. anno 1612. ac deinde is qui modo summæ rei præsidet, S. D. N. Urbanus VIII. anno 1625. ne cui deinceps sine Sedis Apostolicæ auctoritate liceret libros illos de Gratia auxilii, typis euulgare; & ne contra fieret, grauibus impositis poenis cauit. Ita factum ut inter Scholasticas ferè concertationes Academiarum (quibus à Sede Apostolicâ, hac ingeniorum exercitatione, & necessario veritatis examine nunquam interdictum fuit) æstus illi animorum moderationem acciperent, & à scribendis libris calamum continerent doctissimi viri, vel etiam (quod dici solet) intus canerent sibi & Musis: quos inter Franciscus Suarez, vir non minus religiosâ modestiâ, quàm sublimi sapientiâ conspicuus, ut venerationem suam erga summum Ecclesie caput orbi testatam faceret, doctissimos suos Commentarios de auxiliis, qui secundus est tomus de Gratia, omnibus iam numeris absolutos & eruditissimorum virorum crebris, ut sic dicam, conuiciis expetitos, mandati Apostolici reuerentiâ seposuit: eâ tamen ab Eminentissimo Cardinale Burghesio Pauli V. nomine per litteras acceptâ fide, ut quamprimum alicuius auctoris scripta publica luce donarentur, eius potissima ratio haberetur.

Inter hæcæ scriptionis publicæ velut inducias, prodiit posthumus factus Cornelij Iansenij, non illius Flandri, Gandauensum Episcopi, & celeberrimi Euangelicæ Concordiæ scriptoris; sed Hollandi, è Doctore Theologo Episcopi nuper Jprensis, communem pacem, hoc imprimis adeo inquieto rerum ac temporum statu pernecessariam, haud leuiter perturbaturus. Nomen libro Augustinus. Sanctum noluit appellare: nec verò decuit ut hunc suum eo no-

mine insigniret, qui nec modestiam S. Augustini, nec reconditam sapientiam, nec inherentem sacris litteris sententiam, nec Theologicum denique genium sperat. Augustinum tamen placuit indigitare, eò quòd presidenter sibi arroget hic auctor, ita se D. Augustini mentem, quàm de Gratia auxiliis, ceterisque huic annexis philosophatur, post assiduum (ut ait) multorum annorum studium, affectum, ut veritatem ab illo olim traditam, sed iam multis seculis, quibus Scholastica Theologia maximè viguit, velut in Democriti puteum (sic enim ipse loquitur) detrusam, & recentiorum opinionum ruderibus obrutam, in lucem postliminiò se reuocaturum promittat, & post longum exilium in scholas reducturum. Quod dum prestare molitur, tria precipuè velut scopum sibi præfixisse videtur.

Primum Propositiones aliquot cuiusdam superioris aui Theologi, à duobus Pontificibus Pio V. & Gregorio XIII. proscriptas ac damnatas, ab ea prohibitione & damnatione absolueri conatur, ut suo calculo absolutas, suaque auctoritate in integrum restitutas, scholis & pulpitis reddat. Quod ei propositum fuisse, facile quilibet animaduertet, qui sententias illius auctoris infrà cap. 4. relatas, & cum Iansenianis pàrallèlè compositas, expendere voluerit. Vbi etiam Lector ex ipsis diplomatibus Pontificij verbis perspicuè colliget, propositiones illas, non, ut vult Iansenius, dumtaxat ad tempus fuisse prohibitas: sed ad perpetuam rei memoriam sub graui anathemate damnatas, proscriptas & abolitas.

Secundò præcipuos Societatis nostre Theologos, Bellarminum, Molinam, Valentiam, Suarez, Vasquez, Lessium, aliosque hereticos nostri temporis hætenus ab Ecclesia oppositos & formidabiles, in contemptum adducere, & Pelagianam ac Semi-Pelagianam hæreses insimulare conatur. Quam in rem duplici vititur artificio: nam & illorum hereticorum longè alios paucioresque errores facit, quàm quos D. Augustinus, alijque Patres tradiderunt; & vicissim istorum Theologorum doctrinam, contra ipsorum mentem ac sensum, ad hereticorum errores detorquet, & (si Deo placet) communia utrisque argumenta commiscitur, ut imperitis fucum faciat, & se in istis Theologis id unum & solum impugnare & damnare præ se ferat, quod in hæreticis illis impugnavit & damnauit Augustinus. Et quamquàm ea de Gratia controversia nondum sit ab Ecclesia definita; imò (sicut ipse fatetur^a Iansenius) ^{a Tom. 2. col. 4.} ipsum supremum Ecclesiæ tribunal sollicitum detineat: Iansenius tamen, audacter supremi tribunalis sententiam præoccupat, & arreptà Censurâ virgâ, Catoniano penè supercilio Auctores illos hæreses damnat, siue (ut quandoque loquitur) velint, nolint, cogit esse Pelagianos.

Tertiò, id eadem operâ agit, ut aduersus Propositiones aliquas P. Leonardi Lessij, censuram alias à quibusdam Doctoribus Theologis attentatam rescisciter: adeò ut eas ille, vel qui auctor est indicis, ab Academia Louaniensi ac Duacensi proscriptas dicat: cum tamen Sixtus V. Pontifex Lessij apologiam

pro

pro suis sententiis compositam, & Romam missam legerit, iudicioque suo gra-
uissimo & maximo approbauerit, easdemque sententias sanæ doctrinæ ar-
ticulos appellarit; imò & per Octauium Episcopum Calatinum, & Apostolica
Sedis cum potestate Legati à latere Nuntium diplomate edito, & appenso, ab
illa censura vindicari iusserit, omnibusque sub pœna excommunicationis in-
terdixerit, ne eas ausu temerario hæreticas, suspectas, offensiuas, &
periculosas, vel aliquâ hæreseos labe aut suspitione contamina-
tas nominare præsumerent. Cùm nulli, ut præmiserat (nisi B. Pe-
tri successori Pontifici Romano) liceat doctrinæ Christianæ res
controuersas definire.

Quia verò hanc suam scriptionem, tot grauissimis Pontificum decretis re-
pugnantem, difficultate non carituram præuidebat Jansenius; sibi que erat
consciis nec Philosophiam, nec Scholasticam Theologiam se unquam publice
docuisse; vererique adeò poterat se doctrinam hanc suam nunquam publice
propositam, exploratamue, & in præcipuis quibusque articulis à communi
Scholasticorum Theologia, & imprimis ea, quam & antiqui & moderni Lo-
uanienfis Academiæ Doctores tradidère, tam longè recedentem, non facile
omnibus probaturum: ob eam rem hoc imprimis cauit, ne scriptionis consilium
aut argumentum palam innotesceret. Quare priuatam sibi typographiam ex
Hollandia proprio ære dicitur comparasse, ut domestico & clandestino prelo
opus protruderet: & formosus ille fœtus, priusquam conceptus esse sciretur, iam
natus in lucem prodisset. Verùm hominem hæc meditantem, & ad extremum
usque spiritum operi incumbentem, mors inopina peste sustulit, seruumque
hunc patre suo orbauit: sic tamen, ut eum aliorum tutela moriens committere
potuerit, qui eius vestigiis insistentes, iuramenti religione interpositâ cum
Typographo silentium seuerè pacti, typis illum euulgandum tradidère. Dis-
simulabatur interim priuatis sermonibus, egregium iubilantibus nobis anno
nostro seculari ferculum apparari: hoc in conuiujs, hoc in circulis apud suos
aduersarij mussitabant.

Et poterat quidem Societas multis titulis seueras illas Jansenij censuras
contemnere, tum Summorum iudicij Pontificum & Conciliorum iura; tum
quòd doctrinam suam impeti non posse videret, nisi & matrem suam Acade-
miam Louanensem, & antecessores clarissimos & doctissimos viros, sanctis-
simosque Præsules, qui nobiscum eadem sentiunt, iugularet Jansenius; sed
sapienter Hieronymus: Stultum est infamiam frustra sustinere: & In
suspitione hæreseos nolo quemquam esse patientem, ne apud eos
qui ignorant innocentiam, dissimulatio conscientia iudicetur si
taceat. Neque ad rem minùs appositè Celestinus Romanus Episcopus: In
causis fidei non caret suspitione taciturnitas. Vtimur proinde consilio
à sapientissimis Pontificibus subministrato: vtimur iure à natura concessis;
& quando ita necessitas postulat, vim repellimus, exiguo illo quidem appa-
rati.

ratur, Academicâ, inquam, disputatione, quia volumina voluminibus opponere, Romanæ Sedis auctoritate, nondû licet. Interea defensionis ordinem accipe. Distribuumus uniuersam disputationem in capita omnino VI.

Primo, proponimus errores Pelagij & Semipelagianorum ex ipso Augustino, Prospero, & Hilario depromptos; vnaque ex aduerso ostendimus quam longè ab utrisque recedat doctrina Societatis, quamq; malitiosè eam vellicarit calumnia.

Secundum caput habet Iansenij doctrinam per XVIII. Articulos primùm compendio; deinde propriis ipsius verbis fufius propositam, & explicatam; cui in altero latere respondet doctrina Societatis, ab ipso impugnata. Subiiciuntur S. Scripturæ, Conciliorum & SS. Patrum: necnon principum Theologorum testimonia, quæ nostræ doctrinæ stabiliendæ, & Iansenianæ refutandæ subscriuunt. Porro ex Patribus nihil proferimus, quod non ex genuinis eorum operibus depromptum sit: nec ex D. Augustino, quod vel in speciem ab illo fuerit retractatum. Theologorum principum, vt D. Thomæ, D. Bonauenturæ, Scoti, etiam ipsa verba annumeramus, ceterorû tantum loca indicando. Academiæ quoque Louanienfis veteres ac modernos illustres Scriptores & Doctores, Adrianum VI. Pontificem, Driedonem, Latomum, Ruardum, Rauensteinium, aliosque, præcipuè eos, qui ex Doctorum gradu ad Episcopatus culmen euecti sunt, vt Sonnum, Ritbouium, Lindanum, Cunerum, Iansenium Gandensem, Malderum, aliosque doctrinæ nostræ assertores adducimus: vt videat nouus ille Censor, quos qualesque viros antecessores suos per latus nostrum vulnerarit; & quam sedè ab auitâ matris suæ doctrinâ degenerarit; vnaque statuat prudens Lector an repudiato vino vetere, malit nouum; simulque intelligat non esse cur Episcopale nomen (quod quorundam percellit animos) Iansenio patrocinetur, quando vnus ipse, idemque postremus, tot tantorumque Presulum & Doctorum doctrinam tam petulanter impugnat.

Tertium caput exhibet sententias Iansenij non paucas, Concilij Tridentini contrariis tum Decretis tum Canonibus oppositas.

Quartum, propositiones eiusdem Iansenij confert cum propositionibus damnatis à duobus Pontificibus, quas nempe vel iisdem, vel æquivalentibus verbis adstruit.

Quinto Lutheri & aliorum hereticorum, ac potissimum Caluini, errores eiusdem doctrinæ cõponimus: non eo consilio, vt eos Iansenio velimus impingere (iudicium enim ac censuram Sedi Apostolicæ relinquimus) sed vt videat eruditus Lector, quam parum sibi à Scyllâ cauerit ille, qui alios in Charybdim incidisse tam insolenter clamat.

Sextum caput Parerga quædam subiicit, siue Iansenij Imposturas, Censuras, Thrausismos, Contradictiones, &c. Tu Lector hoc spicilegio vttere & frueris; dum pleniorẽ fortè messẽ ab aliquo videas præparatam.

SYLLABVS

CAPITVM ° ET ARTICVLORVM.

CAP. I. Quid fenserint Pelagiani & Semi - Pelagiani.

CAP. II. Doctrina Societatis Iesv Iansenianæ opposita per XVIII. sequentes Articulos; quorum singulis subiunguntur, sacræ Scripturæ, Conciliorum, sanctorum PP. Doctorum Scholasticorum, ac præsertim Academiæ Louaniensis, ex eorum libris ac defensis Thesibus deprompta, Testimonia; quibus Doctrina Societatis confirmatur, & Ianseniana refellitur.

ART. I. An sit possibilis status puræ naturæ?

II. De peccato originali, eiusque transfusione.

III. De reprobatione ob solum præuisum peccatum originale.

IV. An paruuli ob solum originale puniantur igne?

V. An Deus velit omnes homines saluos fieri?

VI. An pro omnibus hominibus mortuus sit Christus?

VII. An orauerit Patrem pro solis electis, an etiam pro reprobis?

VIII. De gratia sufficiente. An & quibus detur?

IX. An gratiæ resisti possit?

X. An gratia nobis cooperetur, & nos gratiæ. An aliquid nostrum sit in bono opere?

XI. De libertate.

XII. An præcepta Dei sint obseruata possibilis?

XIII. An factum ex ignorantia inuincibili sit proprie dictum peccatum?

XIV. An dentur actus moraliter boni naturales?

XV. An omnia opera Infidelium sint peccata.

XVI. De attritione ex metu gehennæ, an honesta sit, & opus gratiæ?

XVII. An amor concupiscentiæ respectu Dei sit vitiosus?

XVIII. De attritione in sacramento Pœnitentiæ.

CAP. III. Doctrina Iansenij opponitur definitionibus Concilij Tridentini, in septem Articulos distributa.

CAP. IV. Componitur eadem cum Propositionibus damnatis à Pio V. & Gregorio XIII. Pontificibus.

CAP. V. Confertur eadem cum opinionibus Caluini & aliorum heterodoxorum, per XVIII. Parallela.

CAP. VI. Proponuntur Iansenij Imposturæ, Contradictiones, Thronisimi, & in Philosophos Christianos, ac Scholasticos Doctores omnes ignominiosa censura.

THESES THEOLOGICÆ DE PRÆDESTINATIONE

GRATIA, LIBERO ARBITRIO, &C.

CAPVT PRIMVM.

QVID SENSERINT

PELAGIANI

ET SEMIPELAGIANI.

HÆRESIS nouisse, refutasse est, ait Iansenius. Verius dixeris: Nouisse Hæreses, & ex fide eas proposuisse, est Catholicam doctrinam à falsa hærescos insimulatione defendisse. Hæresin Pelagianam & Semipelagianam doctissimis Theologis, imò & SS. Patribus impingit Iansenius. Nos paucis articulis, vtriusque hærescos summam complexis, iisq; ex Conciliis, ipsoque Augustino, Prospero & Hilario depromptis, eos ab illa labe vindicatū imus; ostensuri quàm peruersum de illorum erroribus, & istorum Catholica doctrina vlsurparit iudicium.

PELAGIVS.

THEOLOGI SOCIET.

Adamum docuit mortalem factum, ita ut siue peccaret, siue non, mortuus fuisset. Ad peccatum illi soli, non propagationi eius nocuisse: neque acceptam à Deo iustitiam posteris perdidisse: aut certe per peccatum, mortem & penas corporis dumtaxat; non autem peccatum ipsum, quod mors est anima, in genus humanum transfudisse. Paruos ex Adamo nihil trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur; nec verè baptizari in remissionem peccatorum.

II. Docuit Pelagius hominem solis naturæ viribus, sine gratia, posse seruare omnia diuina mandata. Sine peccato vivere. Remissionem peccatorum mereri. Ab infidelitate ad fidem conuerri. Fidei augmentum acquirere posse & perseuerantiam. Nec ad hæc orationibus indigere. Et ista omnia, vti & tentationibus diabo-

In hac re longissimè à Pelagio absunt Catholici omnes Theologi: tamen nec hinc euaserunt Iansenij censuram, qui in hoc naturæ statu præter gratiam efficacem, etiam admittunt sufficientem. Hos enim omnes peccati originalis virus euacuare, integrasque libero arbitrio vires restituere, & similia multa, suo more contra Scripturæ, Conciliorum, SS. Patrum & Theologorum auctoritatem assueuerat; ut patebit infra cap. 2. art. 8.

II. Quid homo per naturæ vires possit; aut quid non nisi ex gratia possit; id omne iuxta Araucanicæ, Mileuitani, & Tridentini Concilij, sanctorumque Patrum doctrinam, tradunt ac mordicè tuentur Societatis Theologi: neque ceterum curant quid illis imponat aut falso

A astruat

Pelagius.

Theologi Societatis.

diaboli resistere, facilis quidem, aiebat nos posse, per gratiam: sic tamen ut hoc ipso indicaret simpliciter & absolute fieri ea posse per solam naturam.

III. Ne verò Divina gratia omnino negata reus perageretur; præter remissionem peccatorum duplex gratia genus callide commentus est. Prima, eaq̃ interna, erat natura ipsa, seu liberi arbitrij nuda facultas, vel, ut ipse loquebatur, possibilitas. Et hanc aiebat esse gratiam Creatoris, sine qua nihil omnino boni facere possimus, quaq̃ in libero arbitrio nostro non sit posita, & nullis nostris præcedentibus meritis data. Altera gratia, externa, erat lex siue doctrina, quã possibilitatem illam arbitrij dicebat inuari; scilicet quòd per eam discamus quid, & quomodo facere debeamus. Quã tamen in ipsum velle & operari non influeret. Legi doctrinam & exempla Christi adinungebat, eamq̃ gratiam Christi vocabat.

^a Aug. de grat. Christ. c. 35.

^b Ibid. c. 7.

IV. Præter hanc externam gratiam, nullam omnino admisit veram à Christi internam gratiam, siue Spiritus sancti illuminationem, aut inspirationem. Ne quidem tunc quando eam speciosissimis verbis subdole depinxit, & hoc modo: Adiuuat nos Deus per doctrinam, & reuelationem, dum cordis nostri oculos aperit, dum nobis, ne præsentibus occupemur, futura demonstrat; dum diaboli pandit insidias; dum nos multiformi, & ineffabili dono gratiæ cælestis illuminat. Nec illis cap. 10. Operatur in nobis Deus velle, quòd bonum est, velle, quòd sanctum est; dum nos terrenis deditos, futuræ gloriæ magnitudine, & præmiorum pollicitatione succendit; dum reuelatione sapientiæ in desiderium Dei stupentem suscitatur voluntatem. Nam quid manifestius, nihil aliud dicere eum gratiam, quã in nobis Deus operatur velle quòd bonum est, &c. quã legem atque doctrinam. ita *ibidem* Augustinus.

V. Pe-

astruat quæuis Iansenij censura. Nam posse hominem naturæ viribus credere, sperare, desiderare, aliudve agere, sicut ad salutem oportet; id iuxta istorum Conciliorum definitiones constanter respuunt; uti & omnes Catholici Doctores. Possè verò naturaliter sine gratiâ supernaturali ab homine elici actus aliquos moraliter bonos; nec tamen ad salutem quippiam conferentes, aut ad gratiam proximè remotève disponentes; id contra communem plerorumque Theologorum & Patrum consensum, negat Iansenius: qui hoc posterius, cum priorè imperitè confundit; & ex maledicenti studio nouum Pelagianismum proculdit. ut patebit ex cap. 2. art. 14.

III. } Ex hoc tertio Pelagij articulo,
& } & sequenti quarto, euidenter
IV. } patet vel crassa ignorantia, vel
impudens impostura Iansenij; qui dicit: Omnem gratiam, etiam internam, quam admittunt Societatis Theologi, non aliam esse quam qualem admisit Pelagius; nec in operandi modo ab illius gratiâ differre. Nam ille secundum euidentissimam hanc Augustini doctrinam, præter nudas liberi arbitrij vires, non nisi externam legis, doctrinæq̃ gratiam agnouit; nullam verò à Spiritu sancto profectam, aut voluntatem intus mouentem, eiusve deiectas vires corroborantem; eamve, quæ operandi virtutem, ipsamq̃ operationem conferret. Hi verò gratiam hanc omnem à Pelagio negatam, & contra eum à Concilio Arausicano, Mileuitano, & nouissimè Tridentino assertam, commendatamque (eam nempe quæ præter externam doctrinam etiam intus illuminet, excitet, moueat, bonam voluntatem inspiret, eamque in operando adiuuet, & cum ea bonum opus

Theologi Societatis.

opus perficiat,) ex eorumdem Conciliorum mente constantissimè defendunt. Gratia interim efficaciam ita tuentur, vt cum Tridentino dicant, voluntatem hominis gratia excitatam, sic ei liberè consentire, vt tamen eidem dissentire possit, si velit. Quod quia mirè displicet Iansenio, solius necessitantis gratia defensori, ideo talem omnem gratiam, vel repugnantibus Conciliis, ad Pelagianismum longè ablegat. Sed sanè, si sic gratiam à Pelagio assertam ampliando extollat, & vicissim alteram, sic extenuando deprauandoque deprimat, vt vtramque, hinc & inde violente adductam, in concordiam cogat: quid mirum si Iansenius, quod sæpe promittit, Auctores illos, *velint, nolint, faciat Pelagianos*. Aduertat autem se sic agendo non minorem fieri Pelagianismi patronum, quam se eiusdem præstiterit Augustinus impugnatorem.

PELAGIVS.

V. Pelagius negavit gratiam omnem habitualem. Nam, vt ait Augustinus, lib. de Gratia Christi, cap. 30. Iltam Gratiam, quã iustificamur, id est, quã caritas Dei diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis, in Pelagij & Cælestij scriptis, quocumque legere potui, nusquam eos inueni, quemadmodum confitenda est, confiteri. Et cap. 38. addit: Gratiam Christi, quã in meliorem hominem renati sumus, in remissione peccatorum, & exemplo Christi Pelagius cõstituit. Atque vt toto illo libro sapius inculcat, omnem omnino gratiam posuit in facultate liberi arbitrij, & lege, atque doctrina. Sic, vt hæc fuerit Pelagio, omne externum, illa omne internum, & velut habituale gratia adiutorium.

VI. Quemadmodum nudis liberi arbitrij viribus, omnia, vt iam vidimus, tribuebat Pelagius: ita & ipsam prædestinationem, & electionem isdem adscribebat, quam gratia tribuere debuisset. Præuidisse enim aiebat Deum ab æterno, quis bene, quis male libero vsurus esset arbitrio: & ex hac præscientia à Deo præelectos dicebat, vt ait Augustinus lib. de Præde-

THEOLOGI SOCIET.

V. Hic gratiam, quã iustificamur, id est, quã caritas Dei diffunditur in cordibus nostris (quã est ipsa gratia & iustitia habitualis, isdem verbis à Tridentino sess. 6. cap. 7. descripta) in nullis Pelagij vel Cælestij libris vsquam se reperisse disertissimis verbis asserit Augustinus. ^a Eadem tamen non vno in loco reperisse se iactat Iansenius. ^b Vter verius? Nos certè Augustino credimus toto libro de gratia Christi monenti, & inculcanti, Pelagium quibuscumque verbis, quocumque modo speciosè gratiam describeret, aut vbi libet eam poneret, non tamè eam in alio collocasse, quàm in libero arbitrio, & lege atque doctrina. Et de Iansenio persuasum habemus, quòd gratiam omnem illam, quam ex Tridentini mente agnoscunt Societatis Scriptores, Pelagio vel inuito & repugnanti velit obtrudere, vt imperitis persuadeat inter Augustinum & Pelagium de sola gratia necessitante fuisse certamen.

VI. Cùm Augustinus eo loco contra Pelagium agat de Prædestinatione ad gratiam & iustitiam (quam Pelagius aiebat, & Augustinus negabat ex meritis naturalibus liberi arbitrij fieri) non verò de ele-

A 2 ctione

^a Lib. de gratia Christi cap. citatus. ^b 20. 3. lib. 5. c. 22. & seq.

Pelagius. Theologi Societatis.

prædest. Sanctorum cap. 18. qui eum redarguit his verbis: Elegit nos in ipso, ut essemus sancti, & immaculati. Non ergo quia futuri eramus, sed ut essemus. Ideo quippe tales eramus futuri, quia elegit ipse, prædestinans ut tales per gratiam eius essemus.

VII. Postremo negasse videtur Pelagius Dei concursum ad actus omnes, etiam naturales; ut non leuibus rationibus quidam probant ex Hieronymo Epist. ad Ctesiphontem, ubi sub nomine Critobuli loquens Pelagius negat se Dei auxilio indigere, ut digitos curuet, manum moueat, sedeat, scribat, & discurrat &c.

Etione immediata ad gloriam; de qua numquam ipsi & Pelagio disputatio fuit, ut fatetur ipse Ianfenius, *tom. 1. mirum quâ malevolentia, aut sui ipsius obliuione eos ut Pelagianos redarguat, qui electionem, non ad gratiam ex meritis liberi arbitrij, sed ad gloriam ex gratiæ meritis fieri asseuerant.*

VII. Verum nec hanc ei labem adhaerere patitur Ianfenius, *tom. 1. lib. 5. de hæresi Pelagiana cap. 11. Nos quin hinc Pelagio patrocinetur, nihil moramur.*

SEMIPELAGIANI

Inter quos præcipui fuere Massilienses, quamquam contra Pelagianos peccatum originale admitterent, à quo nemo sine gratia Dei liberaretur: & plus aliquid gratiæ, quàm Pelagiani tribuerent: non paucos tamen eorum retinere errores, à quibus Pelagianorum reliquæ dicti fuere. Referunt eos Prosper & Hilarius epistolis ad Augustinum: qui eosdem refutat, libro de Prædestinatione Sanctorum & Perseuerantia: eosq; damnat variis capitibus Arausicanum. Patent etiam ex Cassiano *Collat. XII. XIV. &c.* Præcipui tamen fuere sequentes.

SEMIPELAGIANI.

IPse aiebant hominẽ per meras liberi arbitrij & natura vires, sine vlla interna Dei gratia, qua studium omne meritumq; humanum praeuenire debeat, ab infidelitate ad fidem conuerti, baptismum amplecti, mandata Dei implere velles, salutem desiderare, pulsare, orare; & hæc omnia sicut ad gratiam & salutem oportet: atque ita aiebant, ut Prosper ait in epistola: Priorem esse hominis obedientiam, quàm Dei gratiam, & initium salutis ex eo qui saluatur; non ex eo credendum esse stare qui saluat. *Quod ad eò mordicus tenebant, ut potius quàm gratiam aliquam omnia hu-*

THEOLOGI SOCIET.

Ihunc Semipelagianorum errorem multis Canonibus, damnat Concilium Arausicanum, præsertim can. 5. vbi dicit: *Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei, ipsum credulitatis affectum, quo in eum credimus, qui iustificat impium, & ad regenerationem baptismatis peruenimus, non per gratiæ donum, id est, per inspirationem Spiritus sancti, corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, & naturaliter nobis inesse dicit, Apostolicis dogmatibus aduersarius approbatur.* Et can. 6. *Si quis sine gratia Dei et edenti-*

Semipelagiani. Theologi Societatis.

humana merita praeuenientem agnoscerent; mallet ad Pelagianismum retrocedere, eamq; in ipsa natura, à Creatore citra omne meritum accepta, collocare. Prosper ibidem.

bus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, querentibus, pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri; non autè diuinitus vt credamus, velimus, vel hæc omnia, sicut oportet, agere valeamus, per infusionem & inspirationem sancti Spiritus in nobis fieri confiterur; aut obedientia humana subiungit gratie adiutorium, resistit Apostolo, &c. Eodemque respexit Trident. sess. 6. can. 3. vbi definit: Non posse sine praeueniente Spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, &c. sicut oportet. Hunc eundem errorem à Conciliis condemnatum vñanimitè & constantè refellunt omnes Societatis Auctores: Molina in Concordia q. 14. disp. 6. §. 5. Suarez tom. 1. de gratia Proleg. 5. cap. 4. & alij.

II. In actibus illis naturaliter elicitis veram impetrandi vim, propriè dictum meritum collocabant: sic vt per eos sic elicitos certò & infallibiliter impetrari dicerent misericordiam, siue remissionem peccatorum: omnemq; aliam gratiam, qua ad bene operandum & perseverandum deinceps foret necessaria. & vicissim illis non positus, gratiam illam certò negari. Quod vtrumque eos sensisse patet ex can. 5. & 6. Arauscani, citatis, & ex epist. Hilarij, vbi hæc eorum verba profert: Nisi quis credat, & in accipiendi voluntate permaneat; non recipit donum Dei, id est Spiritus sancti, per quem infusa charitate bene possit operari. Idem patet ex Cassiano Collat. XII. c. 11. vbi id probat exemplo Davidis penitentis, & latronis in Cruce Christum agnoscentis. & Collat. XIII. c. 14. exemplo Iobi viribus nature longissimam difficillimamq; tentationem pugnando superantis. Denique clarissimè ex epistola Prosperi, vbi dicit: Ad gratiam, qua in Christo renascimur aiunt hominem peruenire posse per naturalem facultatem, eam gratiam pe-

II. Neque minùs euidentè, etiàm hunc errorem damnant ac reieciunt Scriptores Societatis. Audi Molinam disertissimis verbis id inculcantem: Liberum, inquit, arbitrium, nisi à Deo auxilio sue gratie praeueniatur & excitetur; non solum producere nequit credèdum actum: sed etià quidquid ex solis suis naturalibus homo efficiat; siue vt actu merè naturali reuelatis asseriatur; siue vt, postquam edoctus fuerit supernaturalem assensum esse ad salutem necessarium, optet ita credere, aut etiam conetur ex dono & auxilio Dei supernaturali assentiri; siue denique auxilium illud sibi donari petat, aut ad illud recipiendum sataget se disponere; sanè id totum nullus est meriti seu vigor, vt ei gratia praeueniens, propter eiusmodi dispositiones impendatur: sed quoties confertur, ex solis Christi meritis donog. Dei, ac proinde misericorditer omnino, non solum tamquam subiecto non digno, sed etiam tamquam indigno propter peccatum, originale saltem, in quo est, tribuitur; & merè gratis ea, qua merito gratia dicatur, conferri solet, cuiusque datur. Ita ille in Còcord. q. 14. disp. 9.

Semipelagiani. Theologi Societatis.

petendo, quaerendo, pulsando: vt IDEO accipiat, ideò inueniat, ideò introcat, quia bono nature bene vsus ad istam saluantem gratiam, initialis gratiæ ope (*id est, natura à Deo gratis acceptæ*) MERVERINT peruenire. *Item Cassianus collat. XIII. c. 12.* Vnde cauendum nobis est, *inquit*, ne ita ad Dominum omnia sanctorum merita referamus, vt nihil nisi id quod malum est, humanæ adscribamus naturæ. *Vult ergo huic etiam bona merita adscribi. Item l. 6. de spiritu fornic. c. 18. ait:* Quia & diuersa sunt dona, & non omnibus vna gratia Spiritus sancti tribuitur: sed ad quam se vnusquisque studio vel industriâ suâ dignum aptumque præbuerit. *Non poterat clarioribus verbis, humanis naturalibusq; actibus meritum, saltem de congruo, adscribi, quàm istic iam ex Cassiano, Prospero, Hilario, allatis. Addeò vt omnino perfide dicat^a Iansenius Masilienses sue Semipelagianos ita diminuissè meritum gratiæ (sive actuum naturalium meritum, quibus volebant se gratiam promereri) vt aliud non voluerint, nisi bonum vsum liberi arbitrij præcedere gratiam, occasione cuius Deus misericorditer eam daret. Ipse enim est, qui artificio suo ita hereticorum istorum errorem diminuit: vt eum Catholica aliorum doctrina suâ interpolatione reddat similiorem: & istam minus ab illorum erroribus remotam. Sed utinam eo studio conatus ipse fuisset à Caluinismo recedere, vt alios obrorto collo ad Semipelagianismum adducere.*

III. Po-

moraliter boni, honestate videlicet, mij supernaturalis meritoria: vt patet referretur à duobus Pontificibus damnata illa propositio: *Omnia opera infidelium sunt peccata, & Philosophorum virtutes sunt vitia.* Quam non obstante eâ damnatione tueri audeat Iansenius ibi citandus.

initio. Sanè non poterat vel euiden-
tioribus, vel efficacioribus verbis,
quidquid vel à Cassiano alijsve Se-
mipelagianis variis locis doctum &
asserum; vel quod contra illos ab
Arausiano & Tridentino Concilio
sess. 6. can. 3. definitum erat, resellere
aut condemnare. Vide eundem in
Concordia q. 14. disp. 15. §. 07. *laum. §.*
Nonum; & disp. 6. §. Cum autem. Vbi fuse
docet non habere homines faculta-
tem operandi quidquam, quod tran-
scendat limites boni naturalis, & ad
finem spectet supernaturalem, etiam
velut dispositio remota, nisi dono aut
auxilio supernaturali Dei ad id adiu-
uetur. Et simul doctè notat Conci-
lium Arausianum can. 6. & Trident.
sess. 6. can. 3. cum definit nos credere,
petere, quaerere, sperare, & c. non posse;
semper hanc clausulam addere,
sicut oportet: vt ostendat se damnare
non velle communem Scholasticorum
sententiam, de actibus credendi,
sperandi, desiderandi, & aliis ex fa-
cultate naturali, & quæ fines natura-
lis ordinis non transcendat. Vnde se-
quitur malè & peruersè a Iansenio il-
lam ad Semipelagianismum reuocari
sententiam, videlicet quòd, *Facienti*
quod in se est Deus non denegat gratiam.
Si nempe in subiecto nulla agnosca-
tur dignitas, meritumve, ob quod illa
donetur; sed occasio aut minus illius
impedimentum. Illa enim est senten-
tia D. Thomæ q. 14. de veritate art. 11.
ad 1. & in scholis multis iam sæculis
recepta, vt ostendit Lessius de gratia
cap. 10. n. 19. & seqq. Sequitur item ma-
lè ab eodem erroris damnari illam,
quòd; Dari possint naturaliter actus
& bonitate naturali, nec vllius præ-
ex dicendis *infra c. 2. art. 14. & 15.* vbi
ium sunt peccata, & Philosophorum virtutes sunt vitia. Quam non obstante eâ
damnatione tueri audeat Iansenius ibi citandus.

III. Ex

Semipelagiani. Theologi Societatis.

III. Postremò errabant Semipelagiani, non solum circa initium gratiæ & electionem ad gratiam: sed etiam circa perseverantiam in fide & gratia, & circa electionem ad gloriam. Dicebant enim præuisa bona opera elicienda per vires naturæ, non solum esse rationem prædestinandi ad gratiam: sed etiam esse causam perseverandi in gratia, & rationem prædestinandi ad gloriam. Quod adeò generaliter tenebant, ut etiam infantes ante baptismum & rationis usum decedentes iudicandos à Deo dicerent ex operibus, quæ facturi prævidebantur, si ad ætatem pervenissent. His fundamentis nixi Semipelagiani respuebant primò omnem Dei vocationem, quæ ex omnino gratuito Dei fieret proposito. Deinde perseverantiam, quæ naturalibus meritis obtineri non posset. Postremò omnem etiam prædestinationem electionemq; ad gloriam, quæ ex præuisis bonis operibus per vires naturæ factis non procederet, omnemq; prædestinatorum definitum numerum, qui ex eadem præuisione non constitueretur.

non ex meritis naturæ, iisque dumtaxat sub conditione præuisis; sed ex meritis operum gratiæ, iisque absolutè præuisis, eam electionem fieri statuunt: atque ita ab illorum errore, toto cælo differunt. Atque ita corrui-
 tota illa calumniarum moles, quæ Lessium aliisque eandem cum Massiliensibus de prædestinatione doctrinam tradidisse, iisdemque rationibus & querimoniis defendisse, motiisque planè iisdem à vera prædestinatione abhoruisse falsò comminiscitur. ^a Et simul eiusdem evidens apparet contradictio: nam Prædestinationem à Lessio aliisque traditam eandem esse dicit, quam contra Massilienses impugnat Augustinus; cum tamen de electione immediata ad gloriam quæ ex meritis gratiæ fiat, quamque velut errorem Massiliensium reprehendit; fateatur ipse ab Augustino, vti & verè res habet, numquam ex professo fuisse disputatam. ^b

III. Ex quibus luce meridianà clarius est, quantum in doctrina de Prædestinatione, gratia, liberiq; arbitrij viribus inter Semipelagianos & Auctores Societatis sit discrimen. Nam illi & initium gratiæ, & augmentum, & perseverantiam (quam donum Dei esse multis contra illos probat Augustinus ^a) ipsamque vitam æternam viribus naturæ eiusque meritis, quamquam subinde gratiæ excitante adiutus, iisque non modò iam positus, sed etiam sub cōditione numquam ponenda, præuisis tribuebant. Quod idè nouum, atque adeò duplex absurditatis genus, rectè appellavit Prosper ^b. Theologi verò Societatis hæc omnia nullo dempro tribuunt præuenienti & cooperanti Dei gratiæ. Nam nullum omnino adibus merè naturalibus concedunt meritum. Atque ita & initium fidei & augmentum omniaque eorum desideria ad salutem obinendam valentia non nisi ex mera Christi gratiæ obtineri docent. Qui verò ex iis electionem immediatam ad gloriam non nisi ex præuisis meritis fieri asserunt: ij

^a August. c. 17. de bono per se. & Prosper in epist. ad August.

^b Prosper in ep. & August. de prædest. ss. cap. 11.

^a tom. 3. in statena toto cap. 1.

^b tom. 3. col. 990.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.
DOCTRINA THEOLOGORVM
SOCIETATIS IESV

EX

SCRIPTVRA, CONCILIIIS, PATRIBVS,

SCHOLASTICIS PROBATA,

ET DOCTRINÆ CORN. IANSENII

Per XVIII. Articulos opposita.



QVONIAM præfens caput ob rerum amplitudinem, aliquantò latius excurrere necesse est, vt Lector structuram omnem vno intuitu contemplari possit, visum fuit summâ rerum capita perstringendo, breuem Synopsim oculis obiicere, eo nexu ac ordine, quem inferiùs exhibebimus. A Iansenio exordiamur.

I. Primò itaque, angularem quasi lapidem totius ædificij iaciendo, statuit Iansenius hominem, vti & Angelos, ita in iustitia originali conditos, vt aliter condi non potuerint, neque ad supernaturalem beatitudinem non ordinari; adeoque visione beatificâ non donari, si, quod facillimè poterant, sine culpa in innocentia perseverassent. Quare quatuor libris summâ contentione negat, saluâ Dei iustitiâ hominem, aut Angelum sine gratia, & supernaturalibus donis in statu puræ naturæ condi potuisse.

II. Huic fundamento, quasi firmissimum foret, superstruere pergit hoc modo: Hominis primitus conditi ea fuit indispensabilis conditio, vt, si ab originali iustitia peccando desciuisset, in posteritatem omnem connaturali generatione propagandam, non ex Dei statuentis arbitrio, sed ex rei natura necessario peccatum deriuaret; eo prorsus modo physico, ac reali, quo fons vitiatum riuulos infectos fundit, leprosus leprosum gignit. Iustitiam verò, si in ea sterisset, non hac ratione transfunderet: sed eadem lege eiusdem essent necessario participes posteri, quâ ipse eam à Deo conditore acceperat, qui nimirum nullâ præeunte culpâ aliter homines condere non posset.

Deinde

Deinde ait Iansenius: Quemadmodum Deus neminem Angelorum, (& idem est in omnibus iudicium de hominibus innocentibus) prædestinavit ad gloriam ante prævisionem operum, & perseverantiæ in caritate, ita quoque neminem reprobat, nisi postquam eum à iustitia defecturum esse præsciuit. Habuit igitur Deus generalem voluntatem benevolentiae erga omnes, ex qua, quantum in se est, omnium beatitudinem æternam voluit, omnibusque propterea beatitudinis consequendæ media sufficientissima largitus est. *Tomo. 3. lib. 10. cap. 1. col. 1010.*

Hic consensus esto cum *Gregorio de Valentia 1. p. disp. 1. de prædest. punct. 4. Vasquez 1. p. disp. 89. cap. 2. & seqq. Francisco Turriano de electione divina. Maldonato in illud Ioan. 15. Non vos me elegistis. Lessio de prædest. sect. 1. Becano, Monceco, Maratio, & alius Societatis nostræ Theologis.* Hic proinde Articulus in seriem infra ponendorum non veniet.

III. Præviso primi hominis lapsu, ita posteritatem totam, naturali viâ generandam, originalis peccati labe infectam statuit, ut impossibile sit ab ea quempiam esse immunem, consequenter nimirum ad primum articulum supra memoratum.

IV. Tum de prædestinatione, ac reprobatione ita pronuntiat: Deus paucis ex massa perditionis misericorditer discretis, quos ante omnem meritorum prævisionem ad gloriam efficaciter elegit, reliquos omnes ob originale peccatum non solum exclusit à regno; sed etiam æternis gehennæ suppliciis addixit: quam irreuocabilem sententiam sequitur adulatorum quidem finalis desertio, occæcatio, obduratio, impœnitentia, ipsa denique damnatio: paruulorum verò sine baptismo decedentium sensibilis in gehennæ ignibus cruciatus.

V. Ex his negat Deum velle omnes homines saluos fieri; sed tantum eos, quos elegit ad regnum.

VI. Negat Christum pro omnibus crucifixum, & mortuum; sed tantum pro iis qui saluantur.

VII. Neque magis orasse Patrem pro infidelium, aut iustorum non perseveratorum salute, quam pro diaboli.

VIII. Asserit nullam omnino in hoc statu naturæ lapsæ dari gratiam sufficientem, quæ simul efficax non sit.

IX. Non posse hominem gratiæ resistere, eamque deserere, si velit: adeoque absolutè necessitari siue ad bonum, si gratiam habeat; siue ad malum, eâ si careat.

X. Non cooperari gratiam nobiscum, aut vllam laudis partem ex bono opere in nos redundare.

XI. Nullam proinde dari indifferentiam liberi arbitrii ad vtrumlibet; imò neque libera esse, aut voluntaria peccata vlla, nisi

B

in

in primi hominis peccato, quod solum in se liberum fuit, reliqua per concupiscentiæ prementis impetum non solum necessaria, sed & coacta.

XII. Deum verè & propriè obseruatu impossibilia præcipere, atque ob ea non seruata pœnas exigere.

XIII. Nullos omnino posse dari actus moraliter bonos, ex naturæ ac liberi arbitrij viribus, sine gratia simpliciter supernaturali.

XIV. Similiter ignorantiam inuicibilem non excusare à peccato delinquentem.

XV. Omnia infidelium opera esse propriè dicta peccata.

XVI. Merum gehennæ à charitate separatum, bonum non esse, aut vtilem, vt per eum peccatum honestè vitari possit.

XVII. Pari de causa amorem omnem concupiscentiæ respectu Dei, quo Deum vt nobis bonum expetimus, esse vitiosum ac propriij nominis peccatum.

XVIII. Dolorem de peccatis ex metu gehennæ, aut pœnarum conceptum non esse dispositionem ad iustitiam in sacramento Pœnitentiæ obtinendam.

Quæ omnia hæctenus recensita ita præfidenter vult esse irrefragabilia Catholica fidei dogmata, vt contrariis audaci centurâ Pelagianismi notam inurat. Quàm verè, & quàm Catholicè, ex sequentibus Articulis beneuolus lector discere poterit.

ARTICVLVS I.

An possibilis sit status puræ naturæ.

CORN. IANSENIVS.

THEOLOGI SOCIET.

I. **D**eus non potuisset talem ab initio creare hominem, qualis modò nascitur. Tomo. 2. de statu puræ nat. lib. 3. c. 22. col. 975.

Propositio hæc est c. 15. damnata à duobus Pontificibus: defensa & asserta à Iansenio.

Sine amore Dei & iustitia, creatura rationalis nec recta esse, nec condi potest. Tom. 2. lib. 1. de statu nat. puræ, cap. 3. col. 687. 713.

II. *Perspicuum est naturam rationalem non posse sine dono gratiæ supernaturalis institui.* Tomo 2. lib. 1. de statu nat. puræ c. 4. col. 698. *Si crearetur pura natura, omnia eius peccata Deo auctori, non creaturæ imputari deberent.* Tomo 2. de statu pur. nat. lib. 1. c. 50. col. 697. de statu puræ nat. lib. 1. c. 19. 775.

III. Ex

I. **T**Am Angelica, quàm humana natura, potuit condi sine vllò dono supernaturalis gratiæ in puris naturalibus: gratiam enim naturæ indebitam esse ex ipsis terminis est manifestum.

II. Cùm etiam in statu puræ naturæ teneretur creatura rationalis se rectæ rationis regulæ conformare; nec ad hoc præstandum denegaret Deus media illi statui congruentia; non est, cur in Deum, & non potius in creaturam defectus eius refunderentur.

III. Hæc

Corn. Iansenius. Theologi Societatis.

III. Ex miseris puræ naturæ cogimur ad diversas impietates, blasphemias in Deum, & ad Manichæismum. Tomo 2. lib. 3. de statu puræ nat. c. 25. col. 945. Consonant his Hæretici nostri temporis. LUTHERVS in Genes. cap. 3. CALVINVS I. Instit. cap. 15. §. 1. & 4. & lib. 2. cap. 1. §. 6. CHAMIERVS Tomo 3. lib. 10. cap. 17. n. 3. & lib. 1. cap. 1. n. 10.

III. Hæc Iansenij censura si vera est, cogimur ad arguendum imprudentiæ, temeritatis & erroris fummos Pontifices, dum damnarunt sententiam oppositam illi, ex quâ iuxta Iansenium ad tam enormia cogimur.

SS. PATRES

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

DIONYSIVS de diuinis nom. c. 4. parte 4. Nec angelica munera his (demonibus) tributa, aliquando permutata, sed integra sunt penitusque conspicua.

Sicut igitur in angelo sine gratia, & peccato stat integra natura, sic & in homine. BASILIVS lib. 1. de Spiritu sancto ad Amphiloc. cap. 16. Non enim naturâ sanctæ sunt celorum virtutes.

Indebita ergo est illis sanctitas, adeoque sine ea conditi ab initio potuerunt. CHRYSOSTOMVS homil. 19. ad pop. Antioch. sub finem. Concupiscentiæ radix habet à natura principium: concupiscere enim naturale; malè verò concupiscere iam est voluntatis.

CYRILLVS ALEXAND. lib. 1. in Ioannem cap. 15. sub initium. Immortalitatis bonum supra naturam suam consecutus est, (primus homo.)

Igitur secundum naturam suam mortalis erat, quod equidem ad statum puræ naturæ pertinet. AVGVSTINVS lib. 6. de Genesi ad litt. cap. 15. Possè non mori præstatur Adamo de ligno vitæ, non de constitutione naturæ.

IDEM lib. 1. de peccatorum meritis cap. 3. sub initium. Si Deus Israëlitarum vestimentis præstitit, quòd per tot annos non sunt attrita; quid mirum, si obedienti homini eiusdem potentia præstaretur, vt animale ac mortale habens corpus, haberet in eo quemdam statum, quo sine defectu esset annosum.

IDEM contra Maxim. lib. 3. cap. 15. Homo ad Dei similitudinem factus, tamen quia non est vnus eiusdemque substantiæ, non est verus filius, & ideo fit gratiâ filius, quia non est naturâ.

IDEM contra Iul. lib. 4. cap. 16. Gratiâ quippe Dei magna ibi erat, vbi terrenum & animale corpus bestialem libidinem non habebat.

IDEM lib. 12. de Ciuit. Dei cap. 9. Simul in eis (angelis) & condens naturam, & largiens gratiam.

Igitur superaddita gratia ad conditionem naturæ non pertinebat. IDEM lib. 3. de liber. arb. cap. 23. initio. Non enim metuendum est, ne vita esse potuerit media inter rectè factum, & peccatum: & sententia iudicis media esse non possit inter præmium, atque supplicium.

Agitur autem contra Manichæos negantes originale, & querentes quid infanti fieret absque baptismo vitæ sancto.

IDEM 3. de lib. arbitrio cap. 20. Ignorantia & difficultas etiam si essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus esset Deus, sed laudandus: sicut in eodem libro disputauimus.

Quod ipsum de dono perseverantiæ cap. 12. approbat.

DD. SCHOLASTICI

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

THOMAS q. 4. de malo art. 1. ad 14. Carentia diuinæ visionis dupliciter competit alicui, vno modo sic; quod non habeat in se, vnde possit ad diuinam visionem peruenire; & sic carentia diuinæ visionis competeret ei, qui in solis naturalibus esset absque peccato; sic enim carentia diuinæ visionis non esset pœna, sed defectus consequens omnem naturam creatam.

D. THOMAS *lib. 10. contra genes cap. 52.* Sic natura humana fuit instituta in sui primordio, quod inferiores vires perfectè rationi subicerentur: ratio verò Deo, & animæ corpus; Deo per gratiam supplete id, quod ad hoc deerat per naturam.

IDEM *in 2. dist. 30. q. 1. in corp. profequitur.* FACTA deordinatione à fine per peccatum, relictus est homo tantum in illis bonis, quæ eum ex naturalibus principiis consequuntur. Isti defectus possunt dupliciter ad naturam humanam comparari; vel ad eam ut in principiis suis naturalibus consideratur, & sic procul dubio non sunt pœnæ eius, sed naturales defectus, &c.

IDEM *1. part. q. 95. art. 1. c.* Manifestum est, quod illa subiectio corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationem non erat naturalis: alioqui post peccatum mansisset, eum etiam in demonibus data naturalia post peccatum permanserint.

IDEM *in 2. dist. 31. q. 1. art. 1.* Vnde factum est, ut primo homine peccante natura humana, quæ in ipso erat, sibi relinqueretur, ut confisteret secundum conditionem suorum principiorum.

IDEM *1. 2. q. 82. art. 1. ad 3.* Ex peccato originali sequitur aliqua inclinatio ad actum inordinatum, non directè, sed indirectè: scilicet per remotionem prohibentis, id est originalis iustitiæ, quæ prohibet inordinatos motus.

IDEM *1. 2. q. 87. art. 7.* Principaliter quidem pœna originalis est, quod natura humana sibi relinquitur destituta auxilio originalis iustitiæ, sed ad hoc consequuntur omnes pœnitates, quæ ex defectu naturæ hominibus contingunt.

SCOTVS *in 2. dist. 28. q. unica.* Potuit aliquis esse in puris naturalibus, tam sine gratia, quam culpa.

SCOTVS *in 2. dist. 29. q. 1. §. ad 1. arg.* Neutrum istorum (*nempe certitudo & immortalitas*) ex puris naturalibus potest haberi. Cum probatur, quia opposita istorum sunt pœnæ, dico quod non, sed conditiones naturales: sicut non est pœna mori, sed naturale.

SOTVS *De natura & gratia lib. 1. c. 11. §. hac imprimis.* Concupiscentia carnis naturalis nobis est, utpote, quæ licet nulla præcessisset culpa, vel gratia, ex principiis naturæ existeret in homine. Vide reliqua.

SOTVS *de natura & grat. lib. 1. cap. 1. §. hac imprimis.* Iustitia (*originalis*) rebellionem concupiscentiæ prohibebat, & tamen si homo crearetur in puris naturalibus, esset mala natura.

ACADEMIA LOVANIENSIS.

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

IOANNES DRIEDO *lib. 1. de gratiâ & lib. arbit. c. 3. p. 4. in fine.* Per peccatum amissa virtute hac, quæ erat originalis iustitia, iam natura humana sibi relicta secundum diuersitatem naturalium complexionum diuersimodè mouetur.

Nimirum, ut ante dixerat, incurrendo corporales defectus, mortem, morbos, rebellando rationi.

RYARDVS TAPPERVS *in defens. art. 2. propos. 2.* Fide firmâ, & infallibili credendum est, quod virium rebellio, & motiones inordinatæ, ignorantia, infirmitates, mors, & vniuersa miseriæ, quas patiuntur homines, sunt pœna peccati, & non naturales hominis conditiones.

Item propos. 3. Vniuersa hæc mala potuissent esse naturales hominis conditiones, & proprietates, ut si homines creasset sine gratia, & iustitia originali: quæ sola impediebat ne hæc mala essent in homine, sine qua secuta fuissent principia naturæ, sicut & nunc sequuntur naturam ab ea destitutam; quemadmodum earum plurimæ sunt in ceteris animalibus.

ARTICVLVS II.

De peccato originali, eiusque transfusione.

CORN. IANSENIUS.

THEOLOGI SOCIET.

I. Peccatum originale per libidinem seu concupiscentiam, tanquam veram causam transfusionis, atque ita ex ipsa natura rei propagatur. Tom. 2. lib. 1. de stat. nat. lapsæ. c. 6. Col. 209.

Non secus ac subinde cæcitas, podagra, aliq. parentum vitia, cum affectuum, tum corporum transfunduntur. Tom. 2. lib. 1. de statu nat. lapsæ c. 18. Col. 245.

Nec verò aliter propagari potest ullo modo, nisi per libidinem, & concupiscentiam. To. 2. lib. 1. de statu nat. lapsæ c. 6. Col. 210.

II. Ex quo fit, ut si Adam concupiscentiam illam per gratiam bene viuendo, in hac vita tollere potuisset, nullum quoque peccatum propagasset in posteros: sicut nec ille propagaret in filios, cui per iniustitiam miraculum, Deo operante tolleretur. To. 2. lib. 1. de statu nat. lapsæ c. 21. Col. 209.

Hac docuit Augustinus, ut doctrinam Catholicam: hæc si vera non sit, vana, fallax, falsa est eius de Pelagianis vitiorum, & tredecim libri Augustini funditus eueruntur. lib. 1. de natura lapsæ. cap. 11. 12. & 14.

III. Recentiores plerique ex eo quod originale peccatum sit primi parentis voluntate voluntarium, occasionem sumpserunt excogitandi nescio cuius pacti, quo Deus omnes posterorum voluntates in primi parentis voluntate collocauerit; ita ut quemadmodum eius esset futura voluntas omnium in transfundenda iustitia, ita quoque preuicatio eius omnium censeatur. Quo nihil ab Augustini mente alienius, & in doctrina eius absurdius, & principis eius repugnantius excogitare poterant. To. 2. lib. 1. de statu nat. lapsæ, c. 5. & sequentibus. Col. 207.

Quamuis iustitia, atque felicitas, quam Adam acceperat, posteris eo stante fuisset largienda; non tamen ex ullo perse-

I. Peccati originalis causa est ipsum primi parentis peccatum: cum teste Apostolo (Rom. 5. 15. & 19.) vnus delicto mortui sint multi, & per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sint multi. Fuit autem Adam causa nostri peccati; non physica, sed moralis, quatenus ex eius voluntate pendeat, transfundere iustitiam in filios, Deo ita statuente.

II. Ad traductionem peccati originalis requiritur vera, & carnalis ex Adamo generatio: quæ cum post eius lapsum sine concupiscentia, & ardore libidinis non fiat; sequitur quidem illud sine hac re ipsa non traici; atque aded hanc illius euidentem esse argumentum, non tamen veram, & naturalem causam. Nec aliud ad Catholicam Augustini doctrinam, ab eo optimè defensam, requiritur, quam aliàs vanam & falsam fore, falsò sibi Iansenius imaginatur.

III. Pactum cum Adamo initum est ipsum illud Genesis 2. v. 17. expressum: *In quocumque die comederis, morte morieris.* Quod D. Augustinus aded non repudiat; ut hoc ipsum primum omnium testamentum, siue pactum à Deo factum dicat. Quia verò mors illa Adæ transgressori intentata, non corporis dumtaxat erat, sed & animæ; eaque ex vno ipso in omnes homines transitura; negari non potest, ita ex Dei voluntate constitutum fuisse, ut gratia originalis traduceretur in posteros, si primus parens in gratia perseueraret; at sibi, posterisque amitteret, si peccaret. Quod pactum est Scho-

B 3

lasti-

Corn. Iansenius. Theologi Societatis.

uerantia pacto: sed ex eadem libertate, & liberalitate, quâ eam parentibus eorum Deus, naturam condendo, & gratiam largiendo concesserat. Tom. 2. lib. 1. de stat. nat. lapsæ c. 16. col. 245.

Pactum hoc affingere non est aliud, quàm purgare parentes, & culpâ Deum, qui peccatores propriâ voluntate constituât. Hinc est quòd nec Augustino, nec ulli veterum vsque ad tempora Scholasticorum ullius pacti in mentem venerit. Tom. 2. de statu naturæ lapsæ lib. 1. cap. 12. col. 228.

Solum primum Adæ peccatum, non cetera in posteros transfunduntur; eò quòd illud ex summa animi libertate profectum profundissimam plagam naturæ inflixerit. Tom. 2. lib. 1. de stat. nat. lapsæ c. 21. col. 268.

Consonant Hæretici nostri temporis. LUTHERVS in Psal. 51. ad illud: In iniquitatibus conceptus sum. CALVINVS lib. 2. insit. cap. 1. §. 7. 8. & 9.

SCRIPTURÆ

Pro doctrinâ Societatis contra Iansenium.

ROM. 5. v. 15. Vnius delicto multi mortui sunt.

Ibid. v. 16. Iudicium ex vno (peccato) in condemnationem.

Ibid. v. 17. Vnius delicto mors regnavit per vnum.

Ibid. v. 19. Per inobedientiam vnius peccatores constituti sunt multi.

Ecce ex Apostolo verum, & omnem causam transfusionis peccati originalis, quæ vtrique moralis est; non physica.

GENES. 2. v. 17. In quocumque die comederis ex eo, morte morieris.

OSEÆ 6. v. 7. Ipsi, sicut Adam, transgressi sunt pactum.

COLOSS. 2. v. 14. Delens, quòd aduersus nos erat chirographum decreti, &c. affigens illud cruci.

Nempe Adamus & se & nos velut chirographo dâto, adeoq; aliquo pacto, morti, si eaderet, obligati. Vbi Chrysostomus & Theophylactum infra.

SS. PATRES

Pro doctrinâ Societatis contra Iansenium.

ATHANASIVS de Incarnatione Verbi initio. Introduxit eos in Paradisum, edictumque præscripsit, vt si gratiam illam conseruarent, probique remaneret; fruerentur in Paradiso securissimâ vitâ. Præter id, quod ipsis in cælo immortalitas destinata erat.

Quod certè etiam pro posteris promissum accepit.

CHRYSOSTOMVS Homil. 6. in illud ad Coloss. 2. v. 14. Delens, quòd aduersus nos erat chirographum decreti. Quodnam, inquit, chirographum auctor intelligit? quòd ad Moysen dixerant, quæcumque dixit Deus, faciemus: aut id quòd fecerat ad Adam dicens: Quocumque die comederis ex hoc ligno, morte morieris.

AVGVSTINVS 16. de Ciuit. Dei cap. 27. in illud GEN. 17. v. 14. Quia pactum meum irritum fecit; refert ad pactum cum Adamo initum, & dicit: Multa appellantur testamenta Dei; acceptis illis magnis veteri & nouo. Testamentum autem primum, quòd factum est ad hominem primum, profectò illud est: Qua die ederitis morte moriemini.

Crèdo autem non ignorare Iansenium Testamentum, & Pactum Scripturæ phrasi eadem esse, atque ita pactum eum Adamo initum, ac in Augustino repertum, Augustino non repugnare.

ANSELMVS de Conceptione Virg. cap. 7. Simili modo de immundo semine in iniquitatibus, & peccatis concipi potest homo intelligi, non quòd in femine sit immunditia peccati, aut peccatum, siue iniquitas: sed quia ab ipso semine & ipsa conceptione ex qua incipit homo esse, accipit necessitatem, vt cum habebit animam rationalem, habeat peccati immunditiam, &c.

CAP. II. ART. III. DE REPROBATIONE. 15

THEOPHYLACTVS in illud ad Coloss. 2. v. 14. Chirographum autem intelligimus vel confessionem, quam populus Israëliticus ipse scripsit, cum diceret ad Moysen: Omnia quæ dixit Deus, faciemus; vel sedus, quod pepigit Dominus in Adamo: Quocumque die ederis, morieris.

RYPERTVS lib. 5. in Gen. cap. 33. Pactum meum irritum fecit, quia in Adam præuaricatus est, &c. Primus homo pactum Dei in paradiso præuaricatus est.

DD. SCHOLASTICI

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

THOMAS 1. 2. q. 81. art. 2. Originalis iustitia erat quoddam donum gratiæ toti humanæ naturæ diuinitus collatum in primo parente: quod quidem primus homo amisit per primum peccatum. Vnde sicut illa originalis iustitia traducta fuisset in posteros, simul cum natura, ita etiam inordinatio opposita.

D. BONAVENTURA in 2. dist. 30. art. 1. q. 2. Potuit Adam totam naturam corrumpere, & culpabilem facere suo peccato, triplici conditione concurrente. Prima, quia non erat tantum naturæ humanæ indiuiduum, sed totius naturæ principium. Secunda, quia non tantum fuit sibi datum mandatum, sicut singulari personæ; sed tanquam spiritui totius humanæ naturæ. Tertia, quia Adam innocentiam acceperat pro se, & pro tota sua posteritate.

SCOTVS in 2. dist. 32. q. 1. n. 12. Hæc persona quia est naturalis filius Adæ, ideo debitor est iustitiæ originalis datæ à Deo ipsi Adæ pro omnibus filiis: & caret ea: ergo habet peccatum originale.

ARTICVLVS III.

An post solum originale peccatum præuisum facta sit positua reprobatio, seu damnatio non electorum, ad pœnam gehennæ.

IANSENIVS. THEOLOGI SOCIET.

Manifestissimum est, non aliam agnoscere S. Augustinum reprobationis causam, nisi massæ perditæ meritum, seu peccatum originale, quo tota massa perit; & hoc esse causam non tantum negatiue reprobationis, seu non prædestinationis, sed etiam posituæ. Tom. 3. lib. 10. cap. 3. col. 1021. Hoc ipso reliqui, qui sic ab illo numero liberandorum beatissimo seclusi sunt, & negatiue reprobat, etiam posituè reprobat, dici possunt: Non enim sic præteriti sunt à Deo, vt quodammodo manserit voluntas eius de ipsorum salute, vel perditione suspensa; sed sic, vt fuerit voluntas fixa, eos relinquendi in eo statu, ex quo ceteros liberare statuebat. Ille autem contra dubium perditionis, ac damnationis est status. Tomo 3. lib. 10. cap. 2. col. 1014.

Cur ex duobus, quorum vterque originali

ID. Deus neminem ad ultorū suppliciiis æternis addicit, nisi præuisâ finali impœnitentiâ, ac actualium peccatorum demeritis: nam si solo originali præuiso Deus sententiam æternæ damnationis in reprobos ferat; directè vult, atque intendit eorum interitum, perditionem, ac mortem æternam; quare verum esse non potest, vt nolit mortem peccatoris reprobandi, vt nolit aliquem perire; vt ferid ad pœnitentiam inuitet, vt sincerè cum peccatoribus agat; imò & cum iustis non perseueraturis, quasi eorum salutem desideret. Paruulos verò sine baptismo vitâ functos non damnat addicendo suppliciiis gehennæ; sed tantum excludendo à regno; idque ne quidem, nisi morte eorum in originali

Iansenius.

Theologi Societatis.

nali culpâ maculatus est, hic, non iste reproberetur à Deo; rei illius nulla omnino causa ex parte hominis à nobis dari potest, sed pendet à puro beneplacito Dei. Tom. 3. lib. 10. cap. 4. col. 1022. Reprobatio est sententia iudicis reprobantis, ac damnantis. To. 3. lib. 10. cap. 5. col. 1024.

II. Falluntur qui putant hoc esse à perditionis massa discerni temporaliter, quod in tempore peccati remissione iustificari; vel hoc esse aeterno Dei decreto à perditione discerni, quod ad peccati remissionem eligi, aut prædestinari. Tom. 3. lib. 10. cap. 3. col. 1022.

non erit vita æterna, a non erunt signati, & vncti Spiritu promissionis a Trinitate sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Neque vera esse poterit renouatio mentis; neque vera iustitia, aut adoptio in filios, atque in ius b regni; b filiam. neque semel iustificati cum auxilio Dei in accepta iustitia perseverare poterunt; neque erunt iusti omnes perfectè vniti Christo, aut corporis eius viua membra; ac proinde neque in Christo IESV: nam c nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo IESV. Plurimum autem damnationis, imò tota damnatio iis, qui actuali sententiâ damnationis perfricti, delecti de libro vitæ, libro mortis inscripti sunt.

III. Quemadmodum qui ex puteo, in quem cecidit, ab alio gratis liberari debet, non est liberatus, dum ei funis datur, & extrahi ex parte capit, si propria malitiâ, vel infirmitate ex casu voluntario contractâ relabatur; ita nec ille à massâ (perditionis) discretus est, qui tantummodo peccati remissione decernitur purgandus; sed qui omnium pœnarum abolitione iustificandus. Tom. 3. lib. 9. c. 9. col. 933.

Consonant hæretici nostri temporis.

CALVINVS lib. 3. instit. cap. 22. §. II. & cap. 23. §. I. & 3. & cap. 24. §. 12.

CHAMIERVS Tomo 3. lib. 8. per totum.

CONTRA-REMONSTRANTES in Specimine Amstelrodam. art. 25. & 49.

PETRVS MARTYR in Ep. ad Rom. cap. 9. titulo de Prædestinatione.

lapsum adscribere, si gratiæ auxilium, quo iustus præuentus est, & infirmitatem ex lapsu contractam sanauerit, & malitiam abstulerit, a & Deo semel iustificatos non deserat, nisi prius ab ipsis deseratur.

ginali præuisâ, quam non magis per se ipse procurat, quam vitam vsque ad rationis vsum eorum baptizatorum, qui præciti sunt gratiam baptismi finaliter perdituri.

II. Præcipua Catholici iustificationis capita conuelli necesse est, si iusti non perseveraturi adhuc pro illo ipso tempore, quo iusti sunt, hæreant in perditionis massa, æternæ damnationis rei, atque actuali sententiâ iudicis perfricti, quam in potestate illorum non sit euadere: nam iustificationis finalis causa

III. Funis quem Deus porrigit iis, qui in puteum originalis peccati prolapsi sunt, alius esse non potest, quam auxilium gratiæ eius, quod & ipsam infirmitatem sanat, & robur tribuit: quare dum illud Deus subtrahit, nullâ aliâ culpâ, nisi quâ lapsi sunt, præeunte, perinde agit, ac is, qui in puteum prolapsus funem porrigit cum firmo decreto cum non plenè extrahendi, atque ex parte extractum deserto fune ex destinato consilio relabi finit. Quid hoc est aliud quam ludificare miserum? Præsertim si funis hominem sic inuolueret, vt labi non posset, nisi eo præciso, quale auxilium gratiæ statuit Iansenius. Friuolum sanè est infirmitati, aut malitiæ reciduum

S C R I P T V R Æ

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

EZECHEIELIS 33. v. 11. Nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à via sua & viuat.
MATTHÆI 18. v. 14. Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cælis est, vt peccat vnus de pusillis istis.

Ad ROM. 2. v. 4. Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, tu autem secundum duritiam, & impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram in diē iræ.

2. PETRI 3. v. 9. Patienter agit propter vos, nolens aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiam reuertī.

In his omnibus locis agi de hominibus status natura lapsa, manifestū est, quorum si nolit Deus mortem, si nolit eos perire, si ad pœnitentiam expectet, illi q̄ thesaurizent sibi iram ob cor impœnitens; certè non solo natura lapsa statu, seu originali prauisio, in eos damnationis sententiam tulit.

ROM. cap. 8. v. 11. Nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo IESU.

Hoc est iustificatis, quorum multi haud dubiè reprobi, quibus si nihil damnationis est, quamdiu sunt in Christo, certè non sunt reprobati ob originale, quod iis remissum est.

C O N C I L I A

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

SYNODUS VALENTINA III. Anno Christi 855. can. 4. Aliquos ad malū prædestinatos esse, Diuinā Sp̄tate videlicet, vt quasi aliud esse non possint, non solū non credimus; sed etiam, si sunt qui tantum mali credere velint, cum omni detestatione, sicut Arausiana Synodus, illis anathema dicimus. *Vide eadem verba in Concilio Arausic. 2. cap. 25.*

Si malum pœna intelligas, habetur intentum; si verò malum culpa, idem efficitur: nam si reprobati sint solo originali prauisio, alij finaliter esse non possunt, quam mali, adeoq; reprobati.

SYNODUS EADEM CAN. 5. Alij, quia noluerunt permanere in salute fidei, quam initio acceperunt, ... ad plenitudinem salutis, & ad perceptionem beatitudinis nullo modo peruenere.

Igitur semel iustificati exclusi sunt à beatitudine, & damnati non ob originale, quod iis remissum est, sed ob peccata actualia, quibus iustitiam perdidērunt.

S S. P A T R E S

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

GREGORIUS NAZIANZENSIS in orat. de plaga grandinis post medium: Missa facta irā, quæ ipsius naturæ aduersatur, misericordiam, quæ ipsi naturā inest, amplectitur: ad illam à nobis vi petrahitur; ad hanc suapte natura fertur. Cū igitur non nisi coactus percuriat & c.

HIERONYMUS in cap. 1. Isaie v. 19. Liberum seruat arbitrium, vt in vtramque partem non ex præiudicio Dei, sed ex meritis singulorum, vel pœna, vel præmium sit.

Liberum certè arbitrium aperte designat actualia peccata, quibus prauisus Deus præmium decernit, aut pœnam.

HIERONYMUS in Ezechiel. 18. v. 23. Ergo Domini voluntas est omnes saluos fieri, & ad notitiam veritatis venire. Vbi cumque autem Dei videtur seuera & truculenta sententia, non homines, sed peccata condemnat.

Id est homines non secundum se, sed ob peccata, nimirum actualia; cū originali non obstante velit saluos fieri.

CHRYSOSTOMUS in Epist. ad Rom. Homil. 16. circa finem: Vnde ergo alij quidem vasa iræ, alij autem misericordiar: à propria voluntate. Deus autem admodum bonus cū sit, in vtrifque eandem ostendit bonitatem: etenim non eos modò, quos seruabat, miseratus est; sed & Pharaonem ipsum, quantum quidem in ipso fuit; eandem enim lenitatem, & illi, & hī sunt affecti, qui si seruatus minimè fuit, rei totius culpa ab illius animo accidit; nam Dei partes, atque officia nihilominus accepit, quàm qui seruati sunt.

Pondera, à propria voluntate fieri vasa iræ, à Pharaonis animo culpam accidisse, quòd reprobatus sit.

AVGVSTINVS lib. 1. ad Simplicianum quest. 2. post medium: Noluit ergo Esau & non cucurrit; C fed

sed etsi voluisset, & cucurrisset, Dei adiutorio peruenisset, nisi vocatione contemptâ reprobus fieret.

Aduerte Esau non esse factum reprobum, nisi vocatione contemptâ, quod profectò ad actuale peccatum pertinet.

IDEM Ep. 57. ad Dardanum quest. 2. In compagem corporis Christi tanquam in viam structuram templi Dei, quæ est eius Ecclesia, nati homines . . . renascendo per gratiam transferuntur, tanquam de massa ruinæ ad ædificij firmamentum.

Renati igitur non sunt in massa ruina, siue perditionis, & consequenter ante finalem sortum lapsum præuicium non reprobati.

AVGUSTINVS lib. 6. Hypognost. paulo post initium: Ceteros pœna punit: quos idè punit, quia quid essent futuri præciuit: non tamen ipse fecit puniendos, vel prædestinavit.

Nimirum quid essent futuri finaliter, nam multos ex reprobis aliquando iustificatos fuisse, ac proinde ob originale non damnandos manifestum est.

Ibidem paulo post medium: Tenenda est inconcussa huius disputationis regula . . . peccatores in malis propriis, antequam essent in mundo, præcitos esse tantùm, non prædestinatos: pœnam autem esse eis prædestinatam secundùm quod præciti sunt (nempe in peccato mansuri finaliter) paruulos quoque non renatos prædestinatæ pœnæ esse obnoxios, qui præciti sunt, non propriis voluntatibus, nisi tantùm in Adæ peccato, quod traxerunt nalcenses, & in hoc manentes soluerunt tẽpus vitæ præsentis.

Vides aliter adultos ob mala propria, paruulos aliter pœna addici, & quidem quatenus præcisi in originali vitam claudere.

PROSPER ad Capitula Gallorum cap. 3. Quod ergo huiusmodi in hæc prolapsi mala sine correctione pœnitentiæ defecerint; neque ex eo necessitatem pereundi habuerunt, quia prædestinati non sunt; sed idè prædestinati non sunt, quia tales futuri ex voluntaria præuicacitate præciti sunt.

Ibidem: Deum reliquerunt, & relictî sunt, & ex bono in malum propria voluntate mutati sunt; atque ob hoc, licet fuerint renati, fuerint iustificati, ab eo tamen, qui illos tales præcitiuit, non sunt prædestinati.

Ibidem Cap. 7. Quia illos ruituros propria ipsorum voluntate præcitiuit, ob hoc filiis perditionis nullâ prædestinatione disceuit.

In eundem sensum loquitur ibidem sententia 7. & ad obiectiones Vincentianas responsio 12.

In his omnibus pondera expressam causalem ob hoc, quia propria nempe voluntate lapsi sunt, esse reprobati.

FULGENTIUS L. I. ad Monimum cap. 24. Prædestinavit illos ad supplicium, quos à se præcitiuit voluntatis malæ vitio discessuros.

DAMASCENVS lib. 2. de fide cap. 29. Non ad puniendos nos plasmauit, sed vt efficiat nos bonitatis suæ participes, vt bonus; peccantes autem puniri vult, vt iustus.

BEDA lib. questionum q. 13. post medium: Non est in Dei dispositione, quomodo peccator peccet; sed tamen eum sciat eum peccaturum, mortem ei præordinauit, vt verus iudex.

Et infr. 2. Prautas nostrâ ab æterno mala in conspectu Dei præsentauit: Deus illam ad mortem destinauit.

ORCVMENIUS ad Rom. 9. Quisque seipsum vas efficit iræ, quemadmodum & vas benignitatis, siue misericordiæ. Ita Pharaoni non Deus, sed ipsius malitia fuit causâ, vt pateretur eis, quæ passus est.

THEOPHYLACTVS in Epist. ad Roman. cap. 9. Iræ vas erat Pharao, hoc est homo, accendens iram Dei per propriam suam duriciem . . . factusque est vas iræ Dei capax apparatus ad interitum, id est à seipso, proprioque ingenio aptatum.

BERNARDVS serm. 5. de Natali Domini in med. Ex se sumit materiam, & veluti seminarium miserendi: nam quod iudicat, & condemnat, nos eum quodammodo cogimus.

AVGUSTINVS de Natura & gratia c. 26. Cùm (Deus) impium ad perfectam vitam iustitiamque perduxerit, non deserit, si non deseratur, vt piè semper, iusteque viuatur.

In eundem sensum loquitur de bono perseverantia cap. 6. & lib. 13. de Cinit. cap. 15. & de correptione & gratia cap. 11.

CYPRIANVS de oratione Dominica circa medium: Habenti Deum nihil deerit, si Deo ipse non deserit.

PROSPER ad 7. obiectionem Vincentianam: Deus priusquam deseratur neminem deserit. Similia reperit ad 14. & 16. obiectiones, & ad Cap. 11. Gallorum.

IDEM in sententiis super c. 7. Gall. Gratia Dei non prius eos deseruit, quam ab eis desereretur.

IDEM de vocatione Gent. cap. 12. Nullus fidelium à Deo non discedens relinquitur.

Consonat his Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 13. & Hilarius ad illud Matth. 23. Ecce relinquitur vobis.

BERNARDVS lib. de Anima cap. 7. Non deserit sperantes in se, nisi prior ipse deseratur. Ex quibus omnibus patet semel iustificatos posse reprobari non posse, nisi ob peccata actiua conuicentia infirmitatem.

CAP. II. ART. IV. DE POENIS PARVULORVM. 19

stiam semel habitam, adeoq; non ob originale: nam reprobari non possunt, si in iustitia perseuerent: perseuerare autem possunt, quamdiu non deseruntur à Deo, quod fit per subtractionem auxilij gratia: sine specie enim probabilitatis contra Patrum horum expressam sententiam (qua ex contextu ipso patet) & à Tridentinum, comminiscitur a sess. 6. c. 11. b Iansenius desertionem diuinam intelligi subtractionem gratia habitualis, seu sanctificantis. Auxilium igitur b com. 3. lib. gratia semel iustificatos nūquam deserit, nisi prius ipsi peccando Deum deserant; adeoq; nisi hoc peccato prauisio reprobari non possunt. 3. cap. 19.

DD. SCHOLASTICI

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

D. THOMAS expressè negat ob solum originale posse aliquos addici supplicis gehennæ. Vide eius sententias articulo de penis paruulorum.

SCOTVS in 1. distinct. 41. quest. vnicâ §. secundum probatur. Cùm reprobare, sit velle damnare, reprobatio habebit ex parte obiecti rationem aliquam; scilicet peccatum finale præuulsum.

Hac eius videtur sententia, licet deinde rem in medio videntur relinquere, nihil apertè decidendo.
Ex aliis Scholasticis signanter tenent reprobatorem non fieri nisi peccatis actualibus aduulorum præuisis. HENRICVS Quodlib. 4. q. 14.

CARTHAGENA de Prædest. discursu 12. Conclus. 1. Ambr. Catharinus, & Ioannes à Bononia in episcul. de Prædestinat. Nazarius 1. p. q. 23. art. 3. Conclus. 5. & 6. Occamus in 1. dist. 41. quest. vnicâ. Gabriel ibid. art. 2. Guiliel. de Rubione in 1. dist. 40. qu. 1. art. 1. & 2. Camerarius Dialogo de Prædest. Bacon. Aureolus. Argentina. Albertus Pighius. Eckius. Michael de Medina. Oforius. &c.

ARTICVLVS IV.

An paruuli sine Baptismo vitâ functi puniantur pœnâ gehennæ, siue sensus.

IANSENIVS.

THEOLOGI SOCIET.

Accuratè demonstratum est paruulos absque baptismo ex hac vita decedentes penis non tantum damni, sed insensibilibus ignis æterni plecti. Tom. 2. lib. 2. de stat. nat. lapsæ c. 25. col. 420.

Longius ab Augustini, & fortassis Ecclesie . . . mente recesserunt Scholastici, qui paruulis sine Baptismo morientibus, immunitatem à sensibilibus ignis æterni penis tribuerunt. Ibidem.

Non videtur diuinæ bonitati consentaneum, eos æternis cruciatibus addicere, qui nullū actuale peccatum commiserunt, cùm pœna sensus secundum D. Thomam conuersioni ad creaturam principaliter respondeat; & idè delinquenti infligatur, vt ordo per peccatum lapsus restauretur, dum inuitus sentire cogitur ordinem naturæ suæ perturbari, qui ordinem vniuersæ naturæ debitum peccando violauit.

SCRIPTURA

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

APŒCALYP. 18. v. 7. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.

DECRETALES PONTIFICVM.

INNOCENTIVS III. cap. maiores de Baptismo. Pœna originalis peccati est carentia visionis Dg'i: actualis verò pœna peccati est gehennæ perpetuæ cruciatus.

C 2

SS. P. A.

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

GREGORIVS NAZIAN. *orat. in sanctum Lauacrum ante medium de infantibus qui sine baptismo moriuntur. sic ait:* Nec cœlesti gloriâ, nec supplicii à iusto iudice afficiuntur.

AVGVSTINVS *lib. 5. contra Iulianum cap. 8. aliis II.* Non dico paruulos sine Christi baptismo morientes tantâ pœnâ esse plectendos, vt eis non nasci potius expediret.

Et infra: Quis dubitauerit paruulos non baptizatos, in damnatione omnium lenissima futuros, quæ, quibus, & quanta erit, quamuis definire non possum, non tamen audeo dicere, quòd eis vt nulli essent, quàm vt ibi essent potius expediret.

At qui damnatis omnibus, qui sensibilibus pœnis torquendi sunt, aquè ac luda proditori conuenit pronuntians illud Christi: a Melius erat ei, si natus non fuisset homo ille. vt Augustinus ipse supra obseruat.

3 Matthæi
26. v. 24.

DD. SCHOLASTICI

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

D. THOMAS *de malo q. 5. art. 2. in c.* Dicendum, quòd sicut communiter dicitur, peccato originali non debetur pœna sensus; sed solum pœna damni, scilicet carentia visionis diuinæ; & hoc videtur esse rationabilis propter tria, &c. *Explicat ibidem loca D. Augustini ad argumenta respondendo.*

IDEM *in 2. dist. 33. q. 2. art. 1. in corpore:* Carentia huius visionis est propria; & sola pœna originalis peccati post mortem, &c.

BONAVENTVRA *in 2. dist. 33. art. 3. q. 1.* Paruuli decedentes in peccato originali, & non cum actuali crimine, nullam habebunt pœnam sensus in corpore, aut sensu exteriori.

SCOTVS *in 2. dist. 33. q. 1.* Videtur Magistrorum esse sententia, quòd damnati pro solo peccato originali, nullam habebunt pœnam sensus exterioris, puta ignis.

ALEXANDER ALENSIS *in 2. q. 22. memb. 10. §. 1.* Esse in illo igne ad pœnam contingit dupliciter, vel ratione ardoris, vel ratione tenebrositatis: ratione ardoris dicitur esse illi, qui actualiter peccant; ratione tenebrositatis, qui carent visione Dei, & damnati sunt. *Agit de damnatione paruulorum sine baptismo.*

GABRIEL *in 2. dist. 33. q. 1. art. 2.* Damnati pro solo originali, & non pro actuali crimine, nullam habebunt pœnam sensus in corpore, aut sensu exteriori.

RICARDVS DE MEDIA VILLA *in 4. dist. 50. q. vlt.* Pœna paruulorum dicitur esse mitissima, quia in ipsis est sola pœna damni.

AMBROS. CATHARINVS *opusculo de hac re.*

Ceteri Theologi fere omnes *in 2. dist. 33.*

ACADEMIA LOVANIENSIS

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

D. RIEDO *de Gratia & libero arbitrio lib. 1. cap. 2. parte 5.* Ex Scripturis sacris per Augustinum adductis super hac re, non expresse & efficaciter concludi potest, infantes sine baptismo decedentes supplicio sempiterni ignis esse cruciandos. *Et infra:* Arbitramur humiliter modum paruulos sensibili quadam molestiâ, seu afflictione ab igne, & in igne torqueri; sed non tam acerbâ, quin sic malint viuere, quàm omnino perire: neque Deum actu odientes, neque actu peccantes, neque contra ordinem Diuinæ iustitiæ indignantes, sed permanentes solum auersi à Deo, habituali quadam auersione cæci.

MALDERVS *I. 2. q. 83. dub. 2.* Paruulos nihil ab inferni igne pati propter peccatum originale est communis omnium Scholasticorum. . . . adeoque, inquam, hæc sententia communis est, vt vel ex eo consensu magnum peti possit argumentum: adeò clari sunt pro ea Doctores, vt Aduersarij vix ex Scholasticis habeant, quem pro se producant, præter paucissimos. . . . Hæc sententia est probabilior.

ARTI-

ARTICVLVS V.

An Deus velit omnes homines saluos fieri?

IANSENIVS. THEOLOGI SOCIET.

I. Non potest statui voluntas generalis, quâ Deus omnes homines, in damnatione primi peccati positos, velit saluos fieri, & ex qua voluntate generalia remedia, sint omnibus preparata. Tom. 3. lib. 10. c. 2. col. 1013.

I. Sincerus Dei ac vniuersalis in omnes amor, quo restatur se non velle^a quempiam perire; omnes laborâtes ad se per Christum inuitat; omnibus finem vltimum proponit; nos cogit, vt statuamus in Deo beneuolam omnes saluandi voluntatem, per quam generalia remedia sint omnibus preparata.

II. Iam inde à nascente Ecclesiâ ex Apostolo Patres^a agnouere, dari in Deo voluntatem absolutè saluandi omnes. Quæ res omni deinde sæculo confirmata, si erronea est, huc vsque errando Ecclesiâ, eam stabiluit doctrinam, quæ dicitur Massiliensium basis.

III. Græci Patres, ad quorum auctoritatem non semel prouocat Augustinus,^a veram de gratia Christi doctrinam tradiderunt: si minùs latè disputatam, non ideo minùs sinceram; ne alioquin & pluribus Conciliis, strictiùs quædam dogmata tradentibus, sua derogeretur auctoritas.

IV. Nulli iam damnato spem vllam salutis facit Deus; facit verò cuius in hac vitâ; quin imò & in spem erigit lapsos; quæ ne confundat, necesse est Deus non tantùm nudam velleitatem; sed sincerum desiderium habeat salutis omnium, atque ad eam necessaria media subministrandi.

V. Deum longè minimam hominum partem saluam velle, reliquos verò omnes fixâ volûtate, ante omne eorum actuale peccatum præuifum damnare, non conuenit bonitati eius, dicentis: *a Numquid voluntatis meæ est mors impij? &c. Nolo mortem peccatoris: reuertimini & viuite.* Si eorum non mortem sed vitam vult, certè voluntatem antecedentem habet eos saluandi.

VI. Deu

C 3 VI. Si

1. m. 1. lib. 3. cap. 19. col. 174.
1. m. 3. lib. 3. c. 10. col. 174.
1. m. 1. lib. 3. c. 10. col. 174.
1. m. 1. lib. 3. c. 10. col. 174.
1. m. 1. lib. 3. c. 10. col. 174.

1. m. 1. lib. 3. cap. 10. col. 1018.
1. m. 1. lib. 3. cap. 10. col. 1018.

Iansenius.

Theologi Societatis.

VI. Deus alios, quos non elegit ad regnum, quia noluit eis intendere finem, nempe salutem; noluit eos eligere ad media, hoc est ad fidem: & quia noluit eis istum finem, noluit eis etiam prædicationem, & miracula fieri; quamvis videat eos Evangelio sic prædicato obedituros.

Tom. 3. col. 974.

Consonant hæretici nostri temporis.

CALVINUS lib. 3. Instit. cap. 24. §. 16. & lib. 2.

cap. 2. §. 4. & cap. 3. §. 10.

POMERANVS

CALVINVS

GASPAR MEGANDER

} in locum 1. Tim. 2.

CONTRA-REMONSTRANTES in Specimine Amstelodamensi. art. 56.

CHAMIERVS Tom. 3. lib. 7. cap. 6. §. 6.

VI. Si Deus plurimis noluit salutem; si noluit fidem, & media; si noluit prædicationem Evangelij, etiam ex qua credituri erant; certe deterior, ea in parte, est conditio non electorum, quam iam damnatorum. Commune enim est utrisque non posse saluari: hoc illis singulare inevitabili necessitate peccandi semper debere augere damnationem.

S C R I P T V R Æ

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

REG. 2. c. 14. v. 14. Non vult Deus perire animam, sed retractat cogitans, ne penitus pereat qui abiectus est.

PSALM. 18. v. 7. Non est qui se abscondat à calore eius.

Hoc de sole dicit littera, sed de Christo, iustitià sole, intelligit allegoria; de quo sole vult Clemens Alex. dicitur: Omnibus illucefcit hominibus, nullus est verbo Cymmerius. Vide Aug. ibidem.

SAP. 11. v. 25. & v. 26. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti: parcis autem omnibus, quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.

EZECHIELIS 18. v. 23. Numquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus, & non ut conuertatur à viis suis, & vivat? Vide vers. vlt.

MATTH. 11. v. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reciam vos.

Sic vocat omnes in via iniquitatis lassatos & peccatorum opere gravatos: at quorsum vocat omnes, nisi eos inire deposito venire cupiat: & ut venire possint, omnibus vires tribuat gratiæ, refectus, omnes qui veniunt, velit saluare?

MATTH. 18. v. 14. Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cælis est, ut pereat unus de pusillis istis.

MATTH. 22. v. 9. Quoscumque inueneritis vocate ad nuptias.

Ad eos, qui noluerint venire, alteri tribuere non debent quàm sibi, quàm non venerint. Estendum ergo est, Deum ex parte sua singulis velle salutem. Aug. lib. 83. Quest. 9. c. 8.

IOAN. 1. v. 9. Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

2. PET. 3. v. 9. Nolens aliquos perire.

SS. PATRES

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

IGNATIVS ANT. Epist. 6. ad Philadelp. Amator hominum est Deus noster, & vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Propter quod & solem oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: cuius utilitatis etiam Dominus volens esse imitatores, dicit: Estote perfecti, sicut Pater vester celestis perfectus est.

DIONYSIVS Hierarc. Eccles. cap. 2. Sacrorum præfectus, qui semper Dei similitudine omnes homines salutem adipisci, & ad veritatis notitiam venire cupiat; prædicat omnibus ex veris

Euan.

CAP. II. ART. V. DEVS VULT OMNES SALVARI. 23

Euangelis Deum; qui pro sua naturali que bonitate terram incolentibus propitius esset, ad nos pro sua humanitate venisse, ad sui que similitudinem perduxisse, quantum quidque eorum aptum erat, ad percipiendam diuinitatem; quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.

Si Prefatus Dei similitudine salutem cupit omnibus, ideoq; ex vero Euangelio predicat omnibus, utique et ipse Deus eandem cupit omnibus: qui nos suo exemplo eam procurare vult omnibus.

IDEM *Celestis Hierar. cap. 9.* Immensum & infinitum diuini luminis pelagus semper paratum est, & patet omnibus ad participandum.

IRENEVS *lib. 4. cap. 71.* Vis à Deo non fit, sed bona sententia adest illi semper: & propter hoc consilium quidem bonum dat omnibus: posuit autem in homine potestatem electionis.

EPHREM *Syrus serm. de vitâ Relig. atque monast. pag. 6.* Deus animarum nostrarum vulnera sanat, spiritusque à nobis mirabiliter suffert: omnes enim nos saluari cupit, & omnes regni sui heredes, & possessores fieri desiderat. Vult etiam voluntatem nostram atque propositum à se laudari.

AMBROSIVS *De Paradiso cap. 8.* Quod in Deo fuit, ostendit omnibus, quod omnes voluit liberare.

HERONYMVS *Ierem. 15.* Laboravi rogans, ut iam defecerit Deus crebrò eis ignoscendo, & lassus sit semper eos prouocans ad salutem.

CHRYSOSTOMVS *in Cap. 2. Genes. hom. 11.* Nos item, si voluerimus quod nostrum est facere, nihil prohibebit, eadem nos bona consequi: liberalis enim Dominus, & vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

IDEM *Hom. 7. in Ioan.* Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: illuminat profectò, quantum in ipso est. Si qui autem sponte sua, mentis oculis conuidentibus, ad huius lucis radios aciem dirigere noluerunt, non ex luminis naturâ in tenebris persistunt; sed ex malitia sua, quâ sponte tanto se dono indignos reddiderunt.

IDEM *Tom. 3. Hom. 9. de laudibus Pauli.* Ipse quidem vult omnes saluos fieri; at non omnium voluntas eius voluntati obsequitur, neque ab eo aliquis cogitur: vnde & ad Hierusalem sic dicit: Hierusalem, Hierusalem, quoties voluis congregare filios tuos, & noluisse: quid ergo? Ecce, relinquetur vobis domus vestra deserta. Vides quod Dominus saluare nos vult, nos autem, quia ei nos non adiungimus, manemus in interitu. Deus enim paratus est ad saluandum hominem, non inuoluntarium, neque non volentem.

IDEM *ad Rom. 9. sermone. 16.* Quantum ad Deum attinet, saluâ fuissent omnes tribus Israël, imò & omnes mortales.

IDEM *Hom. 1. in Epist. ad Ephes.* Voluntas prima est, ut non pereant, qui peccauerunt: voluntas secunda est, ut qui facti sunt mali, pereant.

AUGUSTINVS *lib. 1. de Gen. contra Manich. c. 3.* Illud autem lumen, non irrationabilium animalium oculis percipitur, sed pura corda eorum, qui Deo credunt, & ab amore visibilium rerum, & temporalium, se ad eius præcepta seruanda conuertunt: quod omnes possunt si velint: quia illud lumen omnem hominem illuminat, venientem in hunc mundum.

IDEM *Retractionum cap. 10.* Quod dixi: Illud lumen . . . percipit pura corda eorum, qui Deo credunt, & ab amore visibilium rerum & temporalium, se ad eius præcepta implenda conuertunt; quod omnes homines possunt, si velint: non existiment noui Hæretici Pelagiani, secundum eos esse dictum. Verum est enim omnino omnes homines hoc posse si velint; sed præparatur voluntas à Domino, & tantum augetur munere charitatis, ut possint.

a lib. 1. de genes. aduersus Manichæos c. 3.

Ut omne dubium tollatur, ait Augustinus in præfatione: Omnes omnino posse, si velint: Et quidem Pelagians hoc concedit. Duce[m] ergo hic habemus Augustinum, qui aliud non intendimus. Eamq; voluntatem à Domino præparari libentissimè profitemur. Non Massiliensibus igitur nos in eo propiores, quam ipsè Augustinus in Retractionibus.

CYRILLVS ALEX. *lib. 1. in Ioannem cap. 11.* Non verbum Dei, & æternam hanc lucem; sed imbecillitatem suam mundus accuset: illuminat enim filius, repellit autem gratiam creaturas, quæ intelligendi acumine, ut naturâ Deum cognosceret, sibi dato abusa est: & ut prodiga, ad creaturas vim inspiciendi conuertit, neglexit vteritùs currere, suffodit illuminationem ex desidia, & contempsit hanc lucem.

IDEM *lib. 11. in Ioan. cap. 21.* Christus, quantum ad ferendam opem illi attinuerit, seruasset hominem, [scilicet Iudam] nisi vtro ipse in perditionem insilisset. Gratia igitur in aliis effulsit, seruauitque omnes, qui cooperantem ei voluntatem tradiderunt: sic enim salutis nostræ modus dispositus est.

IDEM *lib. 2. de Vocat. Gent. cap. 28.* Fit manifestum, quod diuersis, atque innumeris modis, omnes homines vult Deus saluos fieri, sed qui veniunt, Dei auxilio diriguntur; qui non veniunt, suâ pertinaciâ reluctantur.

IDEM

IDEM lib. 2. de *Vocat. Gen.* cap. 26. Quæ opitulatio per innumeros modos, siue occultis, siue manifestis, omnibus adhibetur; & quod à multis refutatur, ipforum est nequitia: quod autem à multis recipitur, & gratiæ est diuinæ, & voluntatis humanæ.

IDEM de *Vocat. Gen.* lib. 2. cap. 31. Elaboratum est, quantum Dominus iauit, vt non solum in nouissimis diebus, sed etiam in cunctis retro sæculis, probaretur, gratiam Dei omnibus hominibus adfuisse; quoniam siue manifestè, siue occultè, ipse est, vt Apostolus ait, Saluator nēm̄ veritatis venire.

IDEM ad Gallos super cap. 8. sententia 8. Qui dicit, quod non omnes homines vult Deus saluos fieri; sed certum numerum prædestinatorum, durius loquitur, quàm loquendum est, de altitudine inscrutabilis gratiæ Dei; qui & omnes homines vult saluos fieri, atque ad agnitionem veritatis venire.

IDEM ad *Obiectiones Vincentianas, Obiect.* 2. Sincerissimè credendum est, atque profitendum, Deum velle, vt omnes homines salui fiant; siquidē Apostolus, cuius ista est sententia, sollicitè præcipit, quod in omnibus Ecclesiis piissimè custoditur, vt Deo pro omnibus hominibus supplicetur; ex quibus quod multi pereunt, pereuatium est meritum; quod multi saluantur, fauantis est Domini.

An non aperit genuinus hic gratia defensor Prosper. & Augustini probè mentem affectus, cum reliquis Patribus consentit, dum voluntatem in Deo omnes saluandi etiam ad non prædestinatos extendit, gratiam tamen adesse prædicat, & ex solo demerito, ac reiectione gratia omnem causam damnationis peti?

PAVLINVS Epistolâ 1. ad Aprum: Hinc in omni loco plura quotidie mirabilia solito magna crebescunt, vt omnem, quantum in ipso [*sicet* Deo] est, hominem saluum faciat.

IDEM Epistolâ 33. ad Desiderium: Cogitans quia misericors, & miserator Dominus, neminem vult morte morientem; neque creaturam suam in illa arbore; sed inimicum plantationis suæ, vitium arboris, maledicendo damnauit. *Agit de sicu maledicta.*

DAMASCENVS lib. 11. de *fide orthodoxa* cap. 29. in fine: Illud quoque nos ne fugiat, Deum vt bonitate præstantem, quidem omnes homines seruari, ac regni sui compotes esse velle: neque supplicij ac cruciatus causâ; verum ad hoc, vt bonitatis ipsius participes simus, nos est finxit: vt iustum autem, iis quoque qui peccant penam inferri nihilominus velle. Ac prius illud antecedens voluntas, seu beneplacitum dicitur ex ipso manans: secundum autem consequens voluntas, atque permissio, à nostro vitio ortum ducens.

Damascono accedit fidus sincerusq; interpres D. Thomas 1. ad Tim. 2. lectione 1.

IDEM *Dialog. contra Manicheos*: Sanè Deus, vt qui naturæ bonitate ac misericordiâ præfuit, peccatum non vult, ac mortem peccatoris, nec viuentium exitio delectatur, nec ira affectu possidetur, aut penam infert; verum omnibus bona fundit, qui vult accipit, & bonis potitur.

ANSELMVS lib. 6. de *voluntate Dei*. Voluntas approbans in Deo est, quæ vult omnes homines saluos fieri: quoniam nullum prohibet, quantum ad se, saluum fieri; imò si quis ad hoc laborat, approbat. *Item ad finem eiusdem lib. ait: Vult omnes homines saluos fieri, id est, non cogit aliquem damnari.*

THEOPHYLACTVS in *Ioannis* 8. v. ult. Abscondit se IESVS inuidiam illorum mitigans, interrimque eis tempus dat, & otium, vt per quietem de sermonibus & operibus eius considerare queant: Ita enim, si quidem voluissent, peruenire ad cognitionem Destatis illius potuissent. Quamuis enim incredulitatem eorum prænosset; attamen omnia quæ ad se attinebant, faciebat.

ORCVMENIVS 1. *Tim.* 2. Si Deus vult, quare non fit quod vult: non fit, quia illi nolunt: nihil enim ex necessitate facit in nobis Deus.

LAVRENTIVS IUSTINIANVS lib. de *contemptu mundi* cap. 8. Noli, ô homo, cum delinquis bonitatem damnare diuinam, quod suam tibi minimè prærogauit gratiam, & bene agendi tibi negauerit potestatem: Vult (quantum in ipso est) omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: quatenus in omnibus reperiat, quod coronet.

DD. SCHOLASTICI

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

S. THOMAS lib. 3. contra *gentes* cap. 159. Deus quantum in se est, paratus est omnibus gratiam dare; vult enim omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, vt dicitur 1. ad *Tim.* 2. Sed illi soli gratiâ priuantur, qui in se ipsis gratiæ impedimentum præstant, sicut sole mundum illustrante, in culpam reputatur ei, qui oculos claudit, si ex hoc aliquid malum sequatur, licet videre non possit, nisi lumine solis præueniatur.

IDEM

CAP. II. ART. V. DEVM VELLE OMNES SALVARI. 25

IDEM *de Veritate Quest. 23. art. 2.* Quia ergo Deus omnes homines propter beatitudinem fecit, dicitur voluntate antecedente omnium salutem velle. Sed quia quidam suae salutis aduersantur, quos ordo suae sapientiae ad salutem venire non patitur, propter eorum defectum, implet in eis alio modo id, quod ad suam bonitatem pertinet, scilicet eos per iustitiam damnans. *Et in solut. ad 2.* Vult Deus saluari voluntate antecedente ratione humanae naturae, quam ad salutem fecit; sed vult eum damnari voluntate consequente propter peccata, quae in eo inveniuntur.

IDEM *1. Tim. 2. lect. 1.* Iesus Christus mediator Dei & hominum, non quorundam; sed inter Deum, & omnes homines: & hoc non fuisset, nisi vellet omnes saluos.

IDEM *ibidem*: Alio verò modo secundum Damascenum, ut intelligatur de voluntate antecedente, non consequente: quae voluntas dupliciter potest considerari: in vniuersali, vel absolute; & secundum aliquas circumstantias, & in particulari. Voluntas absoluta, est quasi antecedens voluntas alicuius; in particulari, est quasi consequens. Exemplum de mercatore, qui vult omnes merces suas saluare absolute, & hoc voluntate antecedente. Sic in Deo, salus omnium hominum secundum se considerata, habet rationem, ut sit volibilis, & Apostolus hic ita loquitur: & sic eius voluntas est antecedens: sed si consideretur bonum iustitiae, & quòd peccata puniantur, sic non vult; & haec est voluntas consequens.

D. BONAVENTURA *in 1. dist. 46. quest. 1. art. 1. conc.* Deus voluntate beneplaciti vult omnes homines saluos fieri, voluntate antecedente.

Ibidem in Corp. Deus dicitur velle omnium salutem, quantum in se est; & antecedenter connotatur in omnibus ordinatio ad salutem, tum ex parte naturae datae, tum ex parte gratiae oblatae.

IDEM *ibid. dist. 47. q. 1. art. 1. in Corp.* Nihil plus est dicere: Deus vult illum saluum fieri, quantum in se est; quam Deo placuit illi dare naturam, per quam posset peruenire ad salutem; & quòd Deus paratus esset iuuare; ita quòd salus non deficit propter defectum à parte Dei.

SCOTVS *in 1. dist. 46. quest. vii. ad 1.* Ad primum dico, quòd licet illud dictum Apostoli, posset exponi de distributione accommodata, pro omnibus qui salui fient, tamen multò melius posset exponi de voluntate antecedente, sic: Vult omnes homines saluare, & saluos fieri, quantum scilicet est ex parte sui, & voluntate sua antecedente, pro quanto dedit eis dona naturalia, & leges rectas, & adiutoria communia sufficientia ad salutem.

Altiſiodorensis *lib. 1. sententiarum cap. 13.*

Albertus *1. parte quest. 79. memb. 2.*

Alexander *1. parte quest. 36. memb. 2.*

Vdalicus *in summa apud Carthus. in 1. dist. 46. art. 1. vbi idem sentit Dionysius Carthusianus.*

Gabriel *in 1. distinct. 46. n. 2. & coroll. 6.*

Raynerus *in Pantheologia verbo Liberatio à peccato. cap. 18.*

Argentina *in 1. Dist. 47. quest. 1. a. 1.*

Capreolus *in 1. Dist. 45. quest. vnica art. 2.*

Dominicus Soto *sub dubio ad Rom. 9. in digressione de predestinatione.*

Corduba *lib. 1. Quest. 9. 56. not. 1.*

Durandus *in 1. Distinct. 46. quest. 1. & distinctione 47. q. 1.*

ACADEMIA LOVANIENSIS

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

DRIEDO *de concordia cap. 4.* Cùm audis Apostolum obsecrantem nos, ut pro omnibus oremus, & hoc bonum, & acceptum esse coram Deo, qui vult omnes saluos fieri. Quid aliud quaeso ex his possumus intelligere, quam quòd ipse velit, ut nos velimus orare pro omnibus indifferenter, ut salui fiant; aut quòd ipse velit omnes saluos fieri, qui salui fieri voluerint, desiderarint, &c.

RVARDVVS TAPPERVS *articulo 7. de libero arbitrio. pag. 334.* Vult Deus omnes saluos fieri, sed si accedat ad eum. Non enim sic vult, ut nolentes saluentur, sed vult ipsos saluari, si & ipsi velint.

CYNERVS PETRI Episcopus Leouardiensis *lib. de Gratia Christi. cap. 13.* Per illam sententiam: Deus vult omnes homines saluos fieri, probat dari omnibus auxilium sufficientem.

IOANNES MALDERVS Episcopus Antuerpiensis *1. 2. quest. 111. articulo 3. dub. 5. memb. 1. in illud:* Vult omnes, &c. Cùm alias explanationes improbasset: Est, inquit, intelligendum hoc de singulis hominibus, non tantum de omnibus hominum generibus. . . . Quarta interpretatio est, quòd omnes velit saluos fieri voluntate antecedente. *Quod consequenter prosequitur.*

D ARTI-

ARTICVLVS VI.

An, & quo pacto Christus pro omnibus mortuus sit?

I ANSENIVS.

THEOLOGI SOCIET.

I. **C**hristus, non pro totius mundi redemptione, crucifixus, & mortuus est; sed tantum pro iis qui saluantur. Tomo 1. lib. 8. cap. 26. col. 546.

I. **C**hristus pro totius mundi peccatis, propitiatus datus est, & pro omnium redemptione mortuus: non solum quoad sufficientiam pretij, quod omnibus applicari posset: sed ex sincera voluntate, ut omnibus, quantum est ex parte sua, passionis suæ fructus proueniat.

II. Proderit illi necessariò Christi sanguis, & mors, pro quo sanguinem illum fuderit, & mortuus fuerit: & cui nullo modo prodest, pro illo, nec sanguinem fudit, nec mortuus est. To. 3. lib. 3. c. 20. col. 387.

II. Sanguinem Christi, pro illis etiam fusum esse, & mortem susceptam, quibus nullo modo prodest, testatur Conc. Trid. his verbis: *Et ille pro omnibus mortuus est: non omnes tamen, mortis eius beneficium recipiunt.*

III. Christus, pro infidelium in infidelitate morientium, aut iustorum non perseverantium salute mortuus non est, nec sanguinem fudit, nec semetipsum redemptionem dedit, nec Patrem orauit: imò non magis pro eterna liberatione ipsorum, quam pro diaboli deprecatus est. Tom. 3. col. 390. eod. cap.

III. Cùm & infideles, media, quibus credere possint, & iusti, suâ culpâ non perseueraturi, gratiam, atque in ea ius ad regnum, ex meritis Passionis Christi acceperint: pro eorum salute, verè mortuus est Christus.

IV. Argumentum, pro gratia sufficiente omnium, sumptum ex eo quòd Christus sit redemptor omnium, & pro omnibus crucifixus, & mortuus, usque ad nauseam, à Pelagianis, præsertimq; Massiliensibus inculcatum fuit: ut mirum sit, recentiores tanto studio, trita Hæreticorum arma colligere, & obsoleta recudere. Tomo 3. ibid. col. 379. & 380.

IV. Expositio, quam Iansenius adhibet, circa id, quod Scripturæ dicunt, Christum omnium esse redemptorem: nimirum sufficienter tantum, quo pacto etiam pro demonibus se dedisse redemptionem dici posset, aut pro omni genere hominum tantum: omnes nostri sæculi Nouatores patronos habet: ut mirum sit, Iansenium sectariorum armis, iis non iam obsoletis, sed etiamnum receter ab incude Gebennensium candentibus, se accingere voluisse.

Consonant hæretici nostri temporis. CALVINVS in 1. Ioan. 2. v. 2. Item in cap. 17. Ioan. SYNODVS CONTRA-REMONSTRANTIVM cap. 2. art. 6. BEZA in Theibus de sacrificio apud Malderum in Ante-synodis cap. 7. CHAMIERVS Bezae discipulus Tomo 3. lib. 9. cap. 13. in titulo.

BOQVINVS, PINCERIVS, & CLEBITIVS apud Coccium Thesauri Catholici Tomo 1. lib. 2. art. 7. HIERONYMVS SANCHVS in Miscellanea doctrina in 1. Ioan. 4. SIMON SIMONIVS contra Schegkum in lib. 2. fol. 24. CONTRA-REMONSTRANTES in Specimine Amstelrodam. art. 43.

FIDEI GENEVANÆ CLYPEVS in Dialogo 4. apud FEVARDENTIVM in Theomachia Calamistua lib. 5. cap. 15. BENEDICTVS ARETIVS parte 2. problematum fol. 868.

SCRI-

SCRIPTVRE

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

ISAT. 53. v. 6. Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.
 ROM. 5. v. 18. Sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnatione: sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi: ita & per vnus obediendum, iusti constituentur multi.

Obserua energiam antithese: sic iustitia Christi omnibus hominibus impensa est, sicut peccatum Adæ omnibus obfuit.

ROM. 8. v. 32. Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

1. CORINTH. 8. v. 11. Peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est.

Ex quo sic syllogizat Malderus in Anti-synodico cap. 7. n. 8. Nullus electus perit. Aliquid propter quem mortuus est Christus, perit: ergo aliquis propter quem mortuus est Christus, non est electus.

2. CORINTH. 5. v. 14. & 15. Estimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus: vt & qui viuunt, iam non sibi viuunt; sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.

Chm ex generalitate remedij concludat Apostolus generalitatem mali, necesse est, aequè latè patere remedium, ac paucit malum. Atque adeo pro ipso omnibus mortuum esse Christum, qui in Adamo mortui sunt. Quod si enim minus latè pateat remedium, quàm malum, collectio huiusmodi erit: Si decem hominibus oblata est medicina, ergo mille agri fuerunt. Quam inconsequentiam quis non videt? consequentiam autem quam statuitur ex mente Apostoli, multis exaggerat Augustinus. 6. contra Iulianum cap. 4. & 9.

1. TIM. 2. v. 1. & 5. Obsecro omnium orationes fieri pro omnibus hominibus &c. vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Christus IESVS, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.

Ratiocinatio Apostoli hac est: Ideò pro omnibus orandum, quia vnus omnium Deus, & vnus omnium mediator, nec plurium Deo, quàm mediator.

1. TIM. 4. v. 10. Qui est Saluator omnium hominum, maxime fidelium.

Si maxime fidelium, cerè etiam infidelium.

HEB. 2. v. 9. Videmus IESVM propter passionem mortis, gloriæ & honore coronatum: vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.

1. IOAN. 2. v. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

Hanc locum Concilium Triad. accipit sub distributione generica. sess. 6. cap. 2. & 3.

CONCILIA

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

TRID. sess. 6. cap. 3. Etsi ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt: sed ij dumtaxat, quibus meritum passionis eius communicatur.

Vides numero eorum, pro quibus mortuus est Christus, comprehendi eos, qui mortis eius beneficium non recipiunt.

SYNODVS VALENTINA III. cap. 5. Firmissime tenendum credimus, quòd omnis multitudo fidelium ex aqua & Spiritu sancto regenerata, in Christi sanguine sit à peccatis suis abluta; quia nec in eis potuit esse vera regeneratio, nisi fieret vera redemptio. & infra: Ex ipsa tamen multitudine fidelium redemptorum, alios saluari æternâ salute; alios, quia redemptionis gratiam potius irritam facere, quàm seruare elegerunt, ad plenitudinem salutis, & ad perceptionem æternæ beatitudinis, nullo modo peruenire.

Quæ ergo fide exaggerat Iansenius huius Synodi solum caput 4. quasi doceat pro solis saluandis, mortuum Christum: non poterat nescire hoc decretum capite 5. comprehensum, in quo disertissimis verbis traditur Christus redemptor etiam reproborum. desinat ergo huius Concilij auctoritate pro se vitæ, aut aequè contra se esse fatetur.

Tom. 1. lib. 8. cap. 26. col. 548.

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

DIONYSIVS AREOPAG. Epist. 8. ad Demoph. Ipsam vitam suam pro transfugis profudit.

Transfugas generaliter intelligi patet ex toto discursu eiusdem epistola, & reuelatione Carpe facta, qua ibidem refertur.

CLEMENS ALEX. lib. 7. Stromatum pag. 2. Seruator est, non horum quidem, aut illorum; sed omnium.

CYPRIVS lib. de opere & elemosyna, sic inducit diabolum in die iudicii, de suis seruis iactantem. Ego pro istis nec alapas accepi, nec flagella sustinui.

Vana exprobratio, nisi Christus etiam pro reprobis mortuus est.

CYRILLVS HIEROS. Catechesi 18. Multimoda sanè quædam relicta est ratio consequentia vitæ æternæ propter illius passionem, &c. ut omnes, quantum in ipso est, absque impedimento, illa potiri possent.

GREGORIUS NAZIANZENSIS orat. 25. in Arianos: Omnes, citra ullam exceptionem instaurati sumus, qui eiusdem Adam participes sumus.

Audiri citra ullam exceptionem.

AMBROSIVS LI. de Iacob, & vita beata cap. 6. in illa verba ad Rom. 8. Pro nobis omnibus, tradidit illum. Mirè addidit, pro omnibus: ut ostenderet quòd ita omnes diligit, ut dilectissimum filium pro singulis traderet.

IDEM Tom. 4. in psalmum 48. circa 1. Tim. 2. v. 5. Per Hominem Dominum IESVM intelligamus, qui suscepit hominis conditionem, ut in carne suâ, peccatum omnium crucigeret, & chirographum vniuersorum suo cruore deleteret.

IDEM Tomo 4. ser. 8. in psalm. 118. v. 64. Mysticus sol ille iustitiæ omnibus ortus est, omnibus venit, omnibus passus est, & omnibus resurrexit: idè autem passus est, ut tolleret peccatum mundi. Si quis autem non credit in Christum, generali beneficio ipse se fraudat: ut, si quis clausis fenestris radios solis excludat, non idè sol non est ortus omnibus, quia calore eius seipse fraudauit; sed quòd solis est, prerogatiuam suam seruat: quòd imprudentis est, communis à se gratiam lucis excludit.

IDEM Tomo 4. lib. de Paradiso cap. 8. Venerat Dominus IESVS, omnes saluos facere peccatores: etiam circa impios, ostendere suam debuit voluntatem, & idè nec produrum debuit prætereire. & infra: Quod in Deo fuit, ostendit omnibus, quod omnes voluit liberare.

HIERONYMVS Ep. ad Ocean. de Digamia. Mentitur Ioannes Baptista & digito Christum, & voce demonstrans: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; si sunt adhuc in sæculo, quorum Christus peccata non tulerit.

At qui iuxta Iansenium, per pauci sunt, & grex pusillus, quorum Christus peccata tulit; cum non sit mortuus, nisi pro solis saluandis.

CHRYSOSTOMVS I. ad Tim. 2. Hom. 7. Quomodo illi non crediderunt, quia noluerunt suas tamen ille partes executus est, dum pro eis in cruce penderet.

AVGVSTINVS in Ioannem tract. 4. sub init. Populi autem spernentes, propter superbiam suam, humilitatem Dei, crucifixerunt saluatorem suum, & fecerunt damnatorem suum, Ecce quorum, quantum in se est, Saluator est patièdo, eorumdem damnator est punièdo.

IDEM de Symb. ad catechumenos lib. 2. cap. 8. Videtis vulnera, qua inflixistis? agnoscitis latus, quod pupugistis? quoniam & per vos, & propter vos, apertum est, neque tamen intrare voluistis.

Liquet querelam dirigi ad reprobos: quia illi soli per penitentiam intrare noluit latus Christi.

IDEM in Psal. 68. v. 27. Proiecit pretium argenti, quo ab illo Dominus venditus erat, nec agnouit pretium, quo ipse à Domino redemptus erat.

IDEM lib. 6. contra Iulianum cap. 4. Vnus (inquit Apostolus) pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, ostendens fieri non potuisse, ut moreretur nisi pro mortuis. Ex hoc enim probauit omnes mortuos esse; quia pro omnibus mortuus est vnus. Impingo, inculco, infatigo recusanti. . . . Vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Vide, quia consequens esse voluit, ut intelligantur omnes mortui, si pro omnibus mortuus est. Quia ergo non in corpore, restat ut in peccato esse mortuos omnes, si pro omnibus Christus mortuus, nemo neget, nemo dubitet, qui se non negat, aut dubitat esse Christianum.

Ibidem cap. 9. Apostolus vnum dixit fuisse, in quo omnes peccauerunt: in illo vno, mortui sunt

sunt omnes, vt moreretur alius vnus pro omnibus. Vnus enim pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt, pro quibus Christus mortuus est. *Vide cetera & similia, de peccatorum meritis, & remissione lib. 1. cap. 27.*

Cui hae legenti dubium esse potest de mente Augustini: si hae legerit Iansenius, lector Augustini tam diligens, qui bona fide egiſſe credat, qui luculentia adeo testimonia neglexerit?

PROSPER lib. 2. de vocat. Gentium. cap. 16. Nulla ratio dubitandi est: IESVM Christum Dominum nostrum pro impiis & peccatoribus mortuum; à quorum numero si aliquis liber inuentus est, non est pro omnibus mortuus Christus; sed prorsus pro omnibus mortuus est Christus.

IDEM *ibid.* cap. 31. Elaboratum est, quantum Dominus iuuit, vt non solum in nouissimis diebus; sed etiam in cunctis retrò saeculis probaretur, gratiam Dei omnibus hominibus adfuisse: quoniam siue manifestè, siue occultè, Ipse est, vt Apostolus ait, *Saluator omnium hominum, maxime fidelium.* Quae sententia subtilissima breuitatis, & validissimi roboris, si tranquillo consideretur intuitu, totam hanc, de qua egimus, controuersiam dirimit. Dicendo enim, quia *Saluator omnium*, confirmauit bonitatem super vnuerſos homines esse generalem.

IDEM ad Capitula Gall. obiectione 9. Cum rectissime dicatur, Saluator pro totius mundi redemptione crucifixus, propter veram humanæ naturæ susceptionem, & propter communitatem omnium in primo homine perditionem: potest tamen dici, pro his tantum crucifixus quibus mors ipsius profuit.

Nimirum efficaciter: pro aliis sincerè quidem, ac ineffaciter: nam alioqui aperta erit contradictio.
IDEM in praefatione, ad obiectiones Vincentianas dicit omnes illas esse ineptissimarum blasphemiarum prodigiola mendacia, & impias ac profanas opiniones, quarum prima est quod Dominus noster IESVS Christus non pro omnium hominum salute, & redemptione sit passus.

Est ergo Prospero blasphemia & mendacium quod Iansenio dogma Catholicum.
IDEM in responsione ad obiectionem 1. Vincentianam: Quod ergo ad magnitudinem, & potentiam pretij, & quod ad vnam pertinet causam generis humani; Sanguis Christi redemptio est totius mundi. Et infra: Poculum quippe immortalitatis (*Sanguis Christi*) habet quidem in se, vt omnibus profuit; sed si non bibitur, non medetur.

Quid his pronuntiat in rem nostram luculentius & hic est Prosper ille, quem tam accuratum Augustiniana doctrina assertorem toties, & tam exaggeratè inculcat Iansenius.

LEO PAPA serm. 1. de Natiuit. Domini. Dominus noster peccati mortisque destructor, sicut nullum à reatu liberum reperit, ita liberandis omnibus venit.

IDEM de Passione Domini serm. 3. Sic ad omnium redemptionem utebatur malitiâ persequentium, vt in mortis eius resurrectionisque Sacramento, etiam interfectores sui possent salui esse, si crederent.

IDEM de Pass. serm. 11. Pro omnibus impiis mortuo Domino, potuisset etiam hic (*Iudas*) consequi remedium, si non festinaſſet ad laqueum.

IDEM Ep. 83. ad Episcopos Palaest. Effusio pro iniustis Sanguinis iusti, tam potens fuit ad privilegium, tam diues ad pretium, vt, si vnuerſitas captiuorum in redemptorem suum crederet, nullum tyrannica vincula retinerent: quoniam (sicut Apostolus ait) *vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia:* & cum sub peccati prauiudicio nati, potestatem acceperint ad iustitiam renascendi, validius factum est donum libertatis, quam debitum seruitutis.

Atque hic est Sanctissimus ille Pontifex, qui solo Xysto mediante, Pontificibus illis successit, qui Pelagium, & Semi-Pelagianos damnauerunt, quis Catholicus suspicari ausdebit, ab eorum sensu fuisse alienum?

ILDEPHONSVS serm. 5. de Assumptione. Non audent (vt opinor) ministri tartarei hodie attingere suos captiuos, quos recolunt redemptos illius Sanguine, qui pro mundi salute dignatus est nasci de virgine.

DD. SCHOLASTICI

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

THOMAS in 1. Tim. 2. v. 4. Ier. 1. Homo Christus est mediator Dei, & hominum: non quorundam, sed inter Deum, & inter omnes homines; & hoc non fuisset, nisi vellet omnes saluare.

IDEM *ibid.* in fine 1. lection. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, pro aliquibus efficaciter; sed pro omnibus sufficienter: quia pretium sanguinis eius est sufficiens ad salutem omnium; sed non habet efficaciam, nisi in electis, propter impedimentum.

IDEM ad Hebræos 2. v. 9. in illud: Pro omnibus gustaret mortem. Pro omnibus, dupliciter intelligi potest, & c. vel absolute pro omnibus, quantum ad sufficientiam, & c. in cuius probationem, adfert locum Apostoli 1. ad Tim. 4. qui est Saluator omnium, maxime fidelium. & Chryl. omnes non credunt, ipse tamen quod suum est impleuit.

SCOTVS in 3. dist. 29. q. vñca. Hanc approbat sententiam Leonis Papæ scim. de Natiuitate: Sicut à reatu nullum liberum reperit, sic liberandis omnibus venit.

IVDOCVS COCCIVS in Thesauo Catholico lib. 2. art. 7. Quod Christus non pro omnibus generaliter mortuus sit, adscribit Hæreticis.

FRANCISCVS FEVARDENTIVS Theomachia Caluinistica lib. 5. cap. 15. idem confirmat.

ACADEMIA LOVANIENSIS

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

RVARDVS TAPPERVS art. 6. Louan §. Iterum obiicitur. Est Christus quodam modo Saluator, & Redemptor omnium hominum; & alio quodam multorum tantum, & non omnium: qui modi, explicantur per efficaciam, & sufficientiam: in causa, & eum effectus: simpliciter, & sub conditione.

Antè insinuaerat pretium numeratum esse pro non electis; sub conditione paratum, & deputatum solutioni, sed non applicatum, defectu scilicet conditionis expleta ex parte eorum.

MALDERVS Episcop. Antuerp. 1. 2. q. 3. art. 3. dub. 5. memb. 3. §. Sanè. Opinio illa Caluinitarum, que negat pro omnibus & singulis hominibus Christum mortuum esse, toleranda non est.

IDEM in Antisynodico cap. 7. num. 3. sub finem; Beza eandem blasphemiam cum suis defendit, nempe Christum pro solis electis mortuum. Verendum, ne tandem cum Turcis homines isti dicant, pro nemine Christum esse mortuum.

IDEM infra num. 12. Vocat hunc errorem, verè grauem, & propriè Antichristianum.

CORNEL. IANSENIUS Episcopus Gaudens. Concord. Euang. cap. 30. Optabat quoddammodo omnium omnino salutem pro omnibus mortuus.

ARTICVLVS VII.

An Christus orarit Patrem pro solis electis,
an etiam pro reprobis.

IANSENIUS. THEOLOGI SOCIET.

I. VAnum est & stultum, (Christum) pro talibus (reprobis) saluandis seriâ voluntate pati ac mori. Vanum est, pro talibus à perditione decreta liberandis offerre Patri vota, preces, mortem, ac sanguinem suum. Mortis enim, ac sanguinis oblatio, est quoddam efficacissimum rogandi genus. Tom. 3. lib. 3. cap. 20. col. 389.

II. Ex quo factum est, vt non magis Patrem pro aterna liberatione ipsorum, quam pro diaboli deprecatus fuerit. To. 3. ibidem col. 390.

I. CChristus etiam pro reprobis, quorum peccata in cruce tulit, Patrem rogauit, quamquam isti, non item vt electi, orationis huius, sicut nec mortis, beneficium perceperint.

II. Mors Christi efficacissimum fuit rogandi genus; qui ergo pro omnibus mortuus, pro omnibus orauit.

S C R I P T V R Æ

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

ISAIÆ 53. v. 6. & 12. Posuit in eo Dominus iniquitatem omnium nostrum. Et ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.

LUCÆ 23. v. 34. Pater dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt.

Crucifixores autem Christi electi omnes non fuerunt.

IOAN. 17. v. 20. Non pro eis (discipulis) rogo tantum; sed & pro eis, qui credituri sunt, per verbum eorum, in me.

Plures autem Euangelij prædicationi crediderunt, quam saluati fuerint.

2. COR. 5. v. 19. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.

1. IOAN. 2. v. 1. & 2. Aduocatum habemus apud Patrem IESUM Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum; sed etiam pro totius mundi.

Si propitiatio est pro omnibus moriendo; certe & aduocatus est pro omnibus orando.

SS. P A T R E S

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

CYPRIANVS *serm. de Passione Domini, vltra medium:* Mediator inter nos, & Patrem oras pro his, qui ad dolorem vulnere tuorum opprobria addiderunt, & pro inimicis impetras veniam, supplicas, & obsecras, vt hæc eis iniquitas dimittatur, & à morte tua habeantur innoxij ipsi, qui sanguinem tuum super se, & super filios suos manere precantur, vsque adeò excæcati, vt scelus suum non intelligant, nec odium Christi ipsa mors crucifixi extinguat.

AMBROSIVS *Tomo 1. lib. de Institutione Virginitatis cap. 11.* Pro omnibus aduocatus noster est apud Patrem, & infirmitates nostras suscepit, & pro nobis dolet, & infirmatur.

HIERONYMVS in illud *Isaia 27. v. 9. Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob:* Causas reddit, cur, postquam Iudæi in Dominum miserunt manus, veniam consequantur, si voluerint agere penitentiam, vt compleatur Saluatoris oratio: Pater ignosce illis, quod enim faciunt, nesciunt. Propterea, inquit, Dimittetur iniquitas domui Iacob, & c. vt mereatur benedictionem Dei, qui sibi maledictionem fuerat imprecatus dicens: Sanguis eius super nos, & super filios nostros.

LEO PAPA *serm. 1. de Pass. sub finem:* Mors Christi nos liberat; vos (Iudeos) accusat, & c. & tamen tanta est bonitas nostri redemptoris, vt etiam possitis consequi veniam, si Christum Dei filium confitendo, illam parricidalem malitiam relinquatis: non enim Dominus in cruce frustra orauit dicens: Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Quod remedium nec te Iuda transiret, si ad eam penitentiam confugisses, quæ te reuocaret ad Christum, non quæ infligaret ad laqueum.

IDEM *serm. 4. de Pass. in initio:* Principes Sacerdotum, quibus indulgentiam Saluator petebat, supplicium crucis irrisionum aculeis exasperabant.

THEOPHYLACTVS in illud *Lucæ 23. Pater dimitte illis:* Vtique dimissum fuisset eis peccatum, nisi deinceps in incredulitate mansissent.

MALDERVS in *Antisynodicis cap. 7. v. 13.* Pulchrè id ipsum ex Scripturis probat, & post eas allatas addit: Hinc ergo intelligimus, omnium hominem mediatorem pro omnibus, adeoque pro toto mundo orasse, & mortuum esse: Oratione enim sua & mortis propitiatione omnibus impetrauit filios Dei fieri, & c.

ARTICVLVS VIII.

De gratia sufficiente.

- I. *An in statu nature lapsæ detur gratia sufficiens, quæ simul efficax non sit?*
- II. *An gratia sufficiens à Deo præparetur omnibus, non modo iustis, sed & peccatoribus?*
- III. *An huiusmodi gratia olim sub lege data fuerit Iudeis?*
- IV. *An etiam infidelibus, & gentilibus?*

IANSENIUS.

THEOLOGICI SOCIET.

I. **P**ost lapsum Adæ nullum datur adiutorium verè sufficiens, quin simul efficax sit. Tom. 3. lib. 3. c. 1. col. 250.

Adiutorium purè sufficiens ad gratiam nature pertinet. Lapsorum reparationi inutile & perniciosum. Imò asseri non potest post lapsum, nisi maiori hallucinatione quàm Pelagiani, sublato originali peccato, nature vires illas esse fateamur. Tom. 3. lib. 3. cap. 2. col. 254.

II. **Q**ui aliam gratiam Christi, quàm efficacem asserunt, nouum genus gratiæ procudunt; quod nec D. Augustinus, nec vllus post illum Latinorum Patrum, nec D. Thomas, vel vetustiorum Theologorum aliquis agnouit; nec Ecclesia in vllis Conciliis generalibus, aut prouincialibus approbata: neque verò agnoscere potuit, nisi principia, quibus ipsa per antiquos PP. Christi gratiam defendit, funditus euertat. Tomo 3. lib. 2. cap. 29. col. 213. & l. 3. cap. 1. col. 251.

• III. *Gratia sufficiens videtur monstrum quoddam singulare gratiæ: estq; lapsorum reparationi inutilis, etiam ad sexcentos sufficientiæ gradus aucta; solummo-*

I. **E**tiam post Adæ lapsum præparatur a Deo, & offertur hominibus gratia verè sufficiens; per quam infideles ad fidem conuerti, peccatores à peccato refurgere, præcepta seruare, peccata vitare, & in iustitia perseuerare possunt; si gratiæ ipsi non defint: quæ tamen efficax non est, sic vt per eam re ipsa conuertantur, &c.

II. Sufficientis gratiæ nomen, si Iansenius in Augustino, aut PP. aut Conciliis aut Scholasticis antiquis non legerit; meminisse debet, nec Arianos olim in Scriptura legisse Trinitatis nomē; nec *ὁμοούσιον*; nec modò Trā substantiationis vocem in ea repetite Caluinistas; & tamen vtrique vthetici damnati sunt, quòd ob nomen non repperit, rem ipsam negarint. Nos gratiam sufficientem quoad rem ipsissimam (vt de nomine lis ne fiat) Iansenio & in Scriptura, & in Patribus, & in Conciliis iam ostendemus; in Tridentino præsertim, quod post cætera accuratissimè de gratia definiuit: ex quo Iansenius omnino sobriè, & vt canis è Nilo, videtur bibere. Nomen verò *sufficientis gratiæ* & in D. Thoma, & Scoto infra illi demonstrabimus.

III. Gratiam sufficientem monstrum vocare, monstruosissima est censura: doctrinam enim persimilem habet Monstro, siue Specimini Gommario-
ftico

Iansenius.

Theologi Societatis.

lummodo peccatis faciendis maioriq. damnationi accersenda seruit: lapsis hominibus citra Dei inuidiam damnandis, à recentioribus idè excogitata, quia putant culpa reum neminem fieri, qui non careat eam evitandi sufficienti potestate. Tom. 3. lib. 3. cap. 2. col. 254. & lib. 3. cap. 3. col. 258.

IV. Gratia sufficiens è diametro repugnat medicinali adiutorio Christi: nam primam integritatem naturæ humanæ restituit; omne meritum & præmium dominatrici libertati vindicat: unoq. verbo Christo ocllamatur: Recede à nobis, non opus est tuo medicinali remedio, sani sumus. Tom. 3. lib. 2. cap. 12. col. 134.

Quisquis talia diuina gratia adiutoria infirmis hominibus adferre nititur; quæ deserant si velint; in quibus permanent si velint; cum quibus operentur si velint: originalis peccati virus euacuat; illasq. liberi arbitrij vires esse, & Christum frustra venisse, gratis mortuum esse persuadet. Tomo 3. lib. 2. cap. 27. col. 212.

Qui gratiam sufficientem ponunt, efficacem tollunt; peius ipsis Pelagianis hallucinantur. To. 3. lib. 3. cap. 2. col. 254.

Tale adiutorium gratiæ Pelagianicum est; & tale admittebant Semi-Pelagiani; & tamen ut hæretici proscripti sunt. Tom. 3. lib. 3. cap. 1. col. 252.

Gratia sufficiens à Semipelagianis ortum habet; & inde in Catholicorum scholas translata est. Tom. 3. lib. 3. cap. 12. col. 323.

Illud Apostoli 1. Corint. 10. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis; nullo modo tam indiscretè intelligendum, ut hoc in omnibus omnino fidelibus obseruetur; sed tantum orantibus, adeoq. ferè electis: quarundam enim cupiditatum tentationes aliquorum hominum vires superant, ita ut eas superare non possint. Tom. 3. cap. 13. col. 328.

V. Non potest post Adæ lapsum in Deo statui voluntas, quæ omnibus vel generalia vel sufficientia gratiæ adiutoria prepararit. Talia enim adiutoria non dantur omnibus; imò nulla post lapsum sunt. Tom. 3. lib. 10. cap. 2. col. 1013.

Non dantur Christianis etiam iustificati. Tom. 3. lib. 3. cap. 12. col. 323.

Quod Scholastici plerique docent: Deum

stico, cuius articulos citat Malderus. a de Gratia Qui inter cetera hoc asserunt: Post Adæ lapsum gratiam nullam, nisi electis dari: reprobos verò ita ad fidem, conuersionemq. vocari & inuitari exteriùs, ut ea tamen illis dare Deus nolit. Vide articulum 51. & seqq. speciatim 72.

IV. Quòd gratia sufficiens, ut à Theologis exponitur, Pelagianismum aut Semipelagianismum sapiat, aut ab istis erroribus ortum ducar, atque enumerata à Iansenio absurda annexa habeat; non nisi ex falsis omnino principiis adstruitur: nec aliter Semipelagianismi damnari potest, quàm quomodo Catholicos omnes iuxta Tridècini decreta gratiam cum libero arbitrio conciliantes, istius erroris insimulant moderni hæretici, teste Stapletono lib. 4. de Iustificatione cap. 1.

V. Datur ergo etiam post Adæ lapsum hominibus omnibus, tum iustis, tum etiam iniustis, gratia verè sufficiens; quæ & hi ad iustitiam peruenire, & illi in eadem perseuerare possunt. Primò enim id exigit Redemptoris, Mediatorisq. omnium, munus & officium. Qui sanè omnium, Redemptor non esset; nisi omnibus

Ecx

Iansenius.

Theologi Societatis.

Deum post hominis lapsum adhuc habere voluntatem saluandi omnes homines nemine excepto; & ex illa voluntate omnibus, etiam reprobis, sufficientem non solum redemptionem, sed & gratiam præparasse; doctrina S. Aug. prorsus dissentaneum est. To. 3. lib. 10. cap. 3. col. 1018. Item col. 249. lib. 3. cap. 1. & alibi.

Consonant hæretici nostri temporis. CALVINVS lib. 2. Instit. c. 2. §. 6. & lib. 3. cap. 24. §. 3. Idem in Antid. Trid. ad sess. 6. §. Porro, & can. 9. PETERVS MOLINÆVS in quadam epistola citata apud Malderum 1. 2. fol. 485. CHAMIERVS Tomo. 3. lib. 3. cap. 6. §. 12. & 14. CONTRA-REMOMSTRANTES in Specimine Amstelrod. art. 44.

VI. Non adfuit hominibus sub veteri lege viuentibus, gratia sufficiens seruandi legem, vel ullum præceptum eius; sed potius impediens. To. 3. lib. 3. cap. 7. col. 284. & lib. 3. cap. 8. col. 288.

Sub lege positi nullum adiutorium bene viuendi præter legem acceperunt; & hoc locum habuit in omnibus Iudæis, per paucis exceptis. Tom. 3. lib. 3. cap. 5. col. 271.

Fuit quidam sub lege status, sub quo generaliter paucis exceptis, ante Saluatoris aduentum, non dabatur gratia sufficiens implendi id, quod iubebatur; nullo minus gratia sufficiens ad salutem: sed è contrario talis gratia latiori legis, ac scopo Dei capitaliter repugnabat. To. 3. lib. 3. cap. 5. col. 271. sub finem.

Legislatio illum habebat scopum, vt insonante præcepto, ac terribiliter pœnas, nisi hoc facerent, comminante, gratia necessitatem, ipsâ gratiæ adiuantis subtractione docerentur. Tom. 3. lib. 3. c. 5. col. 271.

Hallucinatur quisquis legem eo scopo datam putat, vt eius luce eruditi facilius peccata vitarent: aut per gratiam sufficientem eam seruarent; hoc enim Apostolo & Aug. è diametro contrarium est: sed vt multitudine & magnitudine peccatorum, quæ ex lege sciebantur futura, eorum superbia frangeretur. Lex enim iusti-

ex se sufficientia salutis media compararet. Secundò id persuadent Scripturæ, quæ omnibus, etiam post commissa scelera, auxilium promittunt, & ad reditum celeremque conuersionem omnes inuitant. & vitio vertunt, si quis sic vocatus non reuertatur & viuat. Tertio id ipsum Tridentinum definit, cum homines, per peccatum à Deo auersos, per eius gratiam adiutitiam se disponere, & gratiam per peccatum amissam recuperare posse, vt doctrinaliter, ita & vniuersaliter statuit. Sess. 6. cap. 5. & 14. & can. 29.

VI. Iudæi sub lege positi, quam non ita copiosam, ac nunc Christiani, gratiam acceperint: quia tamen & ipsi à Christo redempti, & fideles erant; verè sufficientem gratiam acceperunt, quæ legem suam, (quæ de se vires bene operandi non tribuebat) seruare; & non modò præsentis, sed & futuræ vitæ præmia mereri, & consequi possent. Cum enim singularia pro ipsis, tam de legis obseruatione, quam, post eam etiam grauissimè violatam, ad Deum conuersione, seuerissima in Scriptura extant præcepta, & consilia; Deus autem impossibilia non præcipiat: necesse est eos, quod per legem aut naturæ vires non poterant, id per gratiam potuisse. Sanè si Iudæis omnibus, per paucis exceptis, negata fuit gratia, quæ præcepta legis possent seruare; verum non fuisset illud Moïsi de diuina lege testimonium: a Mandatum est, quod ego præcipio tibi hodie, non supra est, neque procul positum, neque in calce situm vt possis dicere: Quis nostrum vislet ad calos ascendere, vt deferat illud ad nos, & audiamus, atque opere compleamus, &c. Nam ita fuisset supra eos, ita procul positum, vt nullis viribus id potuissent attingere; nulla oratione à cælo, vnde auxilium petendum erat, arcel.

Iansenius.

Theologi Societatis.

institiam reddidit difficiliorem, & quasi muro interposito impossibilem. Tom. 3. lib. 1. cap. 11. col. 43. & 44.

Testamentum vetus non ea de causa datum, ut per illius promissiones & observationem eorum salus aeterna in tuto locaretur: vel etiam de propinquo curaretur: sed ne res carnales illi à demonibus quærent. Totum itaque erat carnale, tota veterum spes, tota charitas eorum erga Deum, totusq; cultus erat carnalis; ideoq; vitiosus. Profecto testamentum illud, nihil aliud fuit, nisi magna quedam quasi comædia. Tom. 3. lib. 3. cap. 6. col. 278. in medio. & 279. initio. & 282. in medio.

VII. *Infideles carent gratiâ sufficienti ad salutem, tam proximâ, quam remotâ; & omnibus principiis eius. Gratia sufficiens infidelium à Semi-Pelagianis excogitata.* Tomo 3. lib. 3. cap. 11. col. 304. & lib. 3. cap. 12. col. 320.

Consonant hæretici nostri temporis. CONTRA-REMONSTRANTES in Specimine Amstelredam. art. 57. & 52. LUTHERVS de sermo arbitrio Tomo 3. Idem in præfatione in vetus Testamentum. Tom. 3. Idem in Epist. ad Galat. cap. 3. & 5. CALVINVS 2. Institut. cap. 7. §. 2. & 10.

accessere. Vana etiam fuisset illa Dei apud Isaiam expositulatio: *a Quid est quod debui ultra facere vinea mea, & non feci ei?* In promptu enim fuisset Israëlitis, (per vineam ibi designatis,) illa ex Iansenio responsio: *Non adfuit nobis sub lege viventibus gratia sufficiens seruandi legem vel vllum præceptum eius.* Illam dare debuisses; ut merito obiiçeres: *Expectaui viuas & fecit labruscas.*

VII. *Infideles quoque, quamquam nullis actibus, quos exercerent, moraliter bonis, fidem gratiamve, vel de congruo mereri, aut ad eam debite se disponere possint, (quod volebant Semi-pelagiani) tamen nec in illis ex parte Dei sufficiens auxiliû deest; quo primò ad fidem, & salutem perueniât, si supernaturalibus inspirationibus, à Deo immitti solitis, attendât; & sic vocanti Deo, & ad vltiora gratiæ auxilia disponenti, non desint.*

SCRIPTVRÆ

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

DEUTERON. 30. v. 11. & seq. *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum: sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum. Considera quòd hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum; & è contrario mortem & malum: ut diligas Dominum Deum tuum. . . . Elige ergo vitam, ut & tu viuas.*

Illustria est hæc exaggeratio & adhortatio, ut omnes Dei mandata expleant elegant, nisi habeant gratiam paratam ut possint.

PROV. 1. v. 20. & seqq. *Sapientia foris prædicat: . . . Conuertimini, en proferam vobis spiritum meum. . . . Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit, qui adspiceret: despectistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis.*

SAP. 12. v. 1. *O quàm bonus & suavis est Domine spiritus tuus in omnibus, ideoque eos qui exerant partibus corripis: . . . ut relictâ malitiâ credant in te Domine.*

IDEM 12. v. 20. *Si enim inimicos seruorum tuorum (Chananeos) & debitos morti, cum tanta cruciasti attentione, & liberaisti, dans tempus & locum, per quæ possent mutari à malitiâ: cum quanta diligentia iudicasti filios tuos?*

IDEM 13. v. 5. & 8. *À magnitudine enim speciei, & creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri: sed tamen adhuc in his minor est querela. . . . Iterum autem nec his debet ignosci: si enim tantum potuerunt scire, ut possent æstimare sæculum: quomodo huius Dominum non facilius inuenerunt?*

ECCLI. 15. v. 18. Ante hominem vita & mors: bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi: quoniam multa sapientia Dei; & fortis in potentia, videns omnes sine intermissione.
 IDEM 18. v. 7. & seq. Quid est homo, & quæ est gratia illius? Propter hoc patiens est Deus in illis, & effundit super eos misericordiam suam. . . . Misericordia autem Dei super omnem carnem.

IDEM 51. v. 31. & seq. Appropriate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinæ. . . . Comparate vobis sine argento, & collum vestrum subicite iugo, & fuscipiat anima vestra disciplinam: in proximo est enim inuenire eam.

ISA. 1. v. 16. & seqq. Lauamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum. . . . Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabitur. . . . Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.

IDEM 5. v. 4. Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci ei? An quod expe-ctavi vt faceret vvas, & fecit labruscas?

Si non dedit Deus gratiam sufficientem, unde expectauit vvas? si dedit efficacem, quomodo vinea fecit labruscas? Vide autem ineptiam & friuolam in hunc locum expositionem Iansenij. tomo 3. lib. 3. de Gratia Christi saluatoris cap. 18. col. 361.

ISA. 65. v. 2. & ROM. 10. v. 21. Expandi manus meas tota die ad populum non credentem & contradicentem.

EZECH. 18. v. 23. & 32. Numquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus; & non vt conuertatur à viis suis, & viuatur? Quare moriemini domus Israël: quia nolo mortem morientis dicit Dominus; reuertimini & viuite.

Vana hæc est prolestatio & inuitatio; nisi saltem parata sit gratia sufficiens, cum non actus omnibus efficiat.
 EZECH. 33. v. 10. & seq. Sic locuti estis dicentes: Iniquitates nostræ, & peccata nostra super nos sunt, &c. . . . Dic ad eos: Viuo ego dicit Dominus Deus: nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à via sua & viuatur. Conuertimini, conuertimini, &c. . . . impietas impij non nocebit ei.

OSEE 13. v. 9. Perditio tua Israël: tantummodo in me auxilium tuum.

MATTH. 11. v. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.

IDEM 23. v. 37. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluiti?

IOAN. 1. v. 9. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

ACT. 7. v. 51. Vos semper Spiritui sancto resistitis: sicut Patres vestri & vos.

IBID. 14. v. 16. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit beneficiens de celo, dans pluuias & tempora.

IBID. 17. v. 25. & seq. Cum ipse det omnibus vitam & inspirationem & omnia. . . . deficiens statuta tempora, &c. . . . querere Deum si fortè attrahent eum, aut inueniant, quauis non longè sit ab vnoquoque nostrum.

ROM. 1. v. 19. & seqq. Quod notum est Dei, manifestum est in illis: Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas: ita vt sint inexcusabiles.

Fuissent ergo excusabiles, si omni luce diuinâ & omni testimonio eius destituti eum non cognouissent.
 ROM. 10. v. 20. Inuentus sum à non quærentibus me; palàm apparui iis, qui me non interrogabant.

2. THESS. 2. v. 10. Caritatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris.

1. TIM. 4. v. 10. Qui est saluator omnium hominum, maximè fidelium.

2. PETR. 3. v. 9. Nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reuerti.

1. IOAN. 2. v. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

APOC. 3. v. 20. Ecce sto ad ostium, & pulsò: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum.

Huc faciunt omnia ea, quibus Deus omnes ad conversionem & penitentiam exhortatur, quibus expressè non peractam penitentiam, ideoq; varias penas intonat.

CONCILIA.

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

LATERANENSE sub Innocentio III. cap. firmiter: Si post susceptionem baptismi quisquam relapsus fuerit in peccatum, per veram penitentiam semper potest reparari.

TRIDENTINVM *sess. 6. cap. 11.* Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, & facere quod possis, & petere, quod non possis . . . quod (*nempe seruire sermones eius*) vtique cum diuino auxilio prestare possunt . . . & serui facti Deo, sobriè, iustè, & piè viuentes, proficere possunt per Iesum Christum . . . Deus namque gratiâ suâ semel iustificatos non deserit.

Si gratia saltem sufficiens parata non est; quomodo proficere potest iustus superatis vitâ. temptationibus; si verò peccat ob gratia illius defectum; quomodo non deserit iustificatum Deus?

TRIDENTINVM *cap. 13. sess. 6.* Nemo vt perseueranter stet, sibi certi aliquid absolutâ certitudine polliceatur; tamen in Dei auxilio firmissimam spem collocare, & reponere omnes debent. Deus enim, nisi ipsi illius gratiâ defuerint, sicut cœpit opus bonum; ita perficiet, operans velle & perficere.

Vana est spes, ubi certum est non dari omnibus gratiam efficacem, & abest omnis sufficiens.

TRIDENTINVM *sess. 6. can. 22.* Si quis dixerit, iustificatum vel sine speciali auxilio Dei, in accepta iustitia perseuerare posse; vel cum eo non posse: anathema sit.

IDEM *Can. 29.* Si quis dixerit eum, qui post baptismum lapsus est, non posse per gratiam resurgere: anathema sit.

ARAVSICANVM II. *can. 25.* Hoc secundum fidem Catholicam credimus, quòd, acceptâ per baptismum gratiâ, omnes baptizati Christo auxiliante & cooperante, quæ ad salutem pertinent, possint & debeant (si fideliter laborare voluerint) adimplere.

Nota conditionalem: si voluerint.

Et infra: Deus nobis inspirat, vt & baptismi sacramenta fideliter requiramus; & post baptismum cum ipsius adiutorio, ea, quæ sibi sunt placita, implere possimus.

VALENTINIANVM III. *sub Lothario anno 855. asserit:* Nec ipsos malos ideò perire, quia boni esse non potuerunt; sed quia boni esse noluerunt: suoque vitio in massâ damnationis, vel merito originali, vel etiam actuali permanserunt.

SENONENSE *can. 15.* Neque tamen tanta gratiâ necessitas libero præiudicat arbitrio; cum illa semper in promptu sit, & neque momentum quidem prætereat, in quo Deus non stet ad ostium & pulset: cui si quis aperuerit intrabit ad illum, & cœnabit cum illo.

Semper in promptu est gratia; non efficax; ergo sufficiens.

COLONIENSE *anno 1536. parte 7. cap. 32.* Quamquam nemo conuertatur ad Dominum, nisi tractus per Patrem; attamen nemo hic excusationem prætexat, quòd non trahatur: quòd ille semper stet ante ostium pullans: nimirum per internum & externum verbum commonens, vt conuertatur à via nostra pessima.

SS. PATRES

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

CLEMENS ROMANVS *epist. 3. de officio sacerdotis:* Ab initio duo regna statuit Deus, & potestatem dedit vnicuique hominum, vt illius regni fiat portio, cui se ad obediendum ipse subiecerit.

Potestas ea ad eundem regni, non est nisi per gratiam, saltem sufficientem.

DIONYSIVS AREOPAGITA *lib. de celesti hierarchia cap. 9.* Nempe & aliis gentibus, ex quibus & nos ad immensum & infinitum diuini luminis pelagus, quod semper paratum est, & patet omnibus, ad participandum, ex præteriti erroris caritate respiraumus: ad quod sanè obsequentes ducebant Angeli præpositi singulis gentibus.

IUSTINVS MARTYR *dialogo cum Tryphone aduersus Iudæos in fine:* Itaque si omnes, qui misericordiam à Deo consequi volunt, superioris vitæ pœniteat, id prestare possunt.

IRENÆVS *lib. 4. cap. 17.* Vis à Deo non fit, sed bona sententia ad eum illi semper; & propter hoc consilium quidem bonum dat omnibus: posuit autem in homine potestatem electionis.

CLEMENS ALEXANDRINVS *lib. 2. Stromatum:* Diuinum Verbum clamauit, omnes simul vocans; eos quidem vel maximè cognoscens, qui non erant parituri: & tamen, quoniam est in nostra potestate parere, & non parere, vt nulli possint causari prætextum ignorantia; iustam fecit vocationem.

IDEM *lib. 7. Stromatum:* Seruator quidem est, non horum quidem seruator, illorum verò non. Quomodo est seruator & Dominus, si non est omnium seruator & Dominus? . . . Nec ergo vnquam aliquibus intulerit, qui omnes ex æquo vocauit.

IDEM *eodem libro:* In stadio decertant athleta; & ex his vtique superat, qui aliptæ paruerit: Omnibus enim omnia à Deo posita sunt æqualia, & ipse alienus à reprehensione. Misericordiam autem consequitur is, qui potens est, & potens est, qui voluerit.

Hinc aperte arguitur omnem & solam causam, cur non obtineatur palma; petendam ex nostra voluntate, quæ non vultur gratiâ sufficienti.

IDEM in *Oratione exhortatoria ad gentes*: Audite qui estis longè, audite qui propè; nullus est Verbum, lux est communis, omnibus illucefcit hominibus: nullus est in Verbo cymmerius.

CYPRIANVS *lib. 4. epist. 7.* Si dies omnibus æqualiter nascitur, & si sol super omnes pari & æquali luce diffunditur; quantò magis Christus sol & dies verus in Ecclesia sua, lumen vitæ, postmodum secuturam, æqualiter omnibus diuidi, sine sexus varietate, sine annorum discrimine, sine acceptione personæ, super omnem Dei populum, spiritualis gratiæ munus infundi. Planè eadem gratia spiritualis, quæ æqualiter in baptismo à credentibus sumitur, in conuersione, atque actu nostro postmodum vel minuitur vel augetur.

ARNOBIVS *senior lib. 2. adu. gentes*: Omnibus vniformiter (*Deus*) potestatem ad se veniendi facit. Pater, inquit, omnibus fons vitæ, nec ab iure potandi quicquam prohibetur aut pellitur. Si tibi fastidium tantum est, vt oblati respuas beneficium muneris: quin imò, si tantum sapientiâ præuales, vt ea quæ offeruntur à Christo ludum atque ineptias nomines, quid inuitans peccat, cuius solæ sunt hæ partes, vt sub tui iuris arbitrio fructum suæ largitatis exponat.

HILARIUS *lib. 1. de Trinitate*: Esse filios Dei, non necessitatem esse, sed potestatem; quia proposito vnuerfis Dei munere, non natura gignentium afferatur, sed voluntas præmium consequatur.

EPHREM SYRVS *serm. 3. de compunctione*: Semper eius gratia corda nostra visitat; sed si cor immundum offenderit, illico recedit, rursusque *Deus* misericordiâ tactus, cogit eum ad nos peccatores inuisendos venire. . . . Nequit enim penitus nos gratia deserere: à propria enim ipsius benignitate eò adigitur (*Deus*) vt omnium nostrum miseretur.

AMBROSIVS *sermone 8. in Psalmum 118.* Sol iustitiæ omnibus ortus est, omnibus venit, omnibus passus est, & omnibus resurrexit; si quis autem non credit in Christum, generali beneficio ipse se fraudat; vt si quis clausis fenestris radios solis excludat.

IDEM vel potius **PROSPER** *lib. 2. de vocatione gentium cap. 6.* Etiam nunc in extremis mundi partibus sunt aliquæ nationes, quibus nondum gratia Saluatoris illuxit; quibus mensuram men generalis auxiliij, quæ desuper omnibus semper hominibus est præbita, non negatur.

IDEM *eadem lib. cap. 7.* Cum tamen illud . . . quia omnes homines velit saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, non oporteat nisi perpetuum, æternumque sentiri, secundum eas mensuras; quibus *Deus* dona generalia, specialibus nouit cumulare muneribus; vt & qui fortes gratiæ fuerint, de sua nequitia redarguantur; & qui eius lumine eniterint, non in suo merito, sed in Domino glorientur.

Hæc ipsa doctrina est, quam inculcamus.

HIERONYMVS in *Psal. 140. tom. 7.* O infelicissimum humanum genus, qui peccata excusamus dicentes: Victus à natura; cum in potestate nostra sit, & peccate, & Domino adiuuante non peccare.

IDEM in *epistola ad Cyprianum*. Homo à principio conditionis Deo vitur adiutore: & cum illius sit gratia, quòd creatus est, illiusque misericordiæ, quòd subsistit & viuunt: nihil boni operis agere potest absque eo, qui ita concessit liberum arbitrium, vt suam per omnia opera gratiam non negarit.

Dat ergo sufficientem, cum non semper det efficacem.

CHRYSOSTOMVS *homilia 7. in Ioannem*: Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: illuminat profectò quantum in ipso est. Si qui autem sponte suâ, mentis oculis conuenientibus, ad huius lucis radios aciem dirigere noluerunt; non ex luminis natura in tenebris perstituerunt; sed ex malitia sua, qui sponte tanto se dono indignos reddiderunt.

IDEM *homilia eadem*: Gratia in omnes diffusa est: non Iudæum, non Græcum, non Barbarum, non Scytham, non liberum, non seruum, non virum, non mulierem, non senem, non infirmum excipit aut dedignatur: omnibus eadem est, omnibus se facilem exhibet, omnes pari honore aduocat: qui autem eius munere frui negligunt, hanc suam cæcitatem sibi ipsis impotent: cum enim detur omnibus, omnibus pateat, & à nemine prohibeatur, periti quidam & nequam homines propriâ dumtaxat malitiâ ingredi recusant.

IDEM *ad Rom. 9. serm. 16.* Vnde igitur alij vasa sunt iræ; alij verò misericordiæ: ex propria voluntate, *Deus* enim quoniam vehementer bonus est, erga vtrosque bonitatem suam declarat. Nec enim eorum tantummodo, quos saluauit; sed & quantum in se fuit, Pharaonis miseris est. Quòd autem saluatus non est, totum per suam ipsius voluntatem stetit; ita vt quantum ad eum attinebat, nihil ab illis, qui saluati sunt, minus habuerit.

Viden Pharaoni, indubiè reprobo, non defuisse gratiam ad salutem: Idem paulo post dicit Augustinus, nec quidquam circa hoc retrahant.

AVGVST. *lib. 83. Quest. q. 68.* Ad illam cœnâ nec omnes, qui vocati sunt, venire voluerunt; que

que illi qui venerunt, venire possent, nisi vocati. Itaque nec illi debent sibi tribuere qui venerunt, quia vocati venerunt; nec illi, qui noluerunt venire, debent alteri tribuere; sed tantum sibi: quoniam, ut venirent vocati, erat in eorum libera potestate. Vocatio ergo ante meritum voluntatem operatur; qui autem vocatus non venit, sicut non habuit meritum præmij, ut vocaretur; sic inchoat meritum supplicij, cum vocatus venire neglexerit.

Sibi nemo tribuere deberet, quod vocatus non venerit, si desit gratia per quam possit venire.
 IDEM *lib. 1. ad Simplicianum quest. 2.* Noluit Esau, & non cucurrit, sed & si voluisset & cucurrisset, Dei adiutorio pervenisset; qui etiam velle & currere vocando præstaret, nisi vocatione contempta reprobis fieret.

IDEM *lib. 1. de Genesi contra Manich. c. 3.* Illud autem lumen (gratia) non irrationabilem animalium oculos pascit, sed pura corda eorum, qui Deo credunt, & ab amore visibilium rerum & temporalium, se ad eius præcepta servanda conuertunt; quod omnes homines possunt si velint; quia illud lumen omnem hominem illuminat venientem in hunc mundum.

IDEM *de Prædest. & gratia cap. 15.* & habetur *6. Nabuchodonosor 23. q. 4.* Nabuchodonosor penitentiam meruit fructuosam; Pharaon autem... Quantum ad naturam, ambo homines erant, quantum ad dignitatem, ambo reges; quantum ad causam, ambo captivum populum Dei possidentes; quantum ad poenam, ambo flagellis clementer admoniti. Quod ergo fines eorum fecit esse diversos, nisi quod vnus manum Dei sentiens in recordatione propria iniquitatis ingemuit; alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnavit arbitrio.

IDEM *de correptione & gratia cap. 7.* Iustior videtur excusatio dicentium, non accepimus audientiam; quam, non accepimus perseverantiam: quoniam potest dici homini, in eo quod audieras & tenueras, eo perseverares si velles.

IDEM *Enchir. c. 95. in illud Matt. 11. Vae tibi Corozaim, &c.* Deus non iniuste noluit saluos fieri, cum possent salvi esse si vellent.

IDEM *de Sanctis serm. 47.* In potestate nostra posuit, qualiter in die iudicij iudicemur; non dixit: Vade in Orientem, &c. Sed: Dimitte inimico tuo, & dimitteret tibi: nihil extra te quaerit; ad te ipsum & conscientiam tuam te Deus dirigit: in te enim posuit quod requirit.

IDEM *lib. 2. de peccatorum meritis c. 17.* Cum voluntate humanâ, gratiâ adiuuante diuinâ, sine peccato in hac vita homines possint esse: cur non sint, possem facillimè ac veracissimè respondere, quia homines nolunt.

IDEM *de gratia & libero arbitrio c. 15.* Quid prodest, si quod possumus, nolumus?

Non desit ergo gratia, quâ possumus.

IDEM *lib. 1. Retract. cap. 22.* Alio loco dixi nisi quisque voluntatem mutaverit, bonum operari non potest, quod in nostra potestate esse positum Dominus in alio loco docet, ubi ait: Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum. *Matt. 12.* Quod non est contra gratiam Dei, quam prædicamus: in potestate quippe hominis est mutare voluntatem in melius; sed ea potestas nulla est nisi à Deo detur.

IDEM *lib. 12. de ciuit. cap. 6.* Si duo æqualiter affecti animo & corpore, videant vnus corporis pulchritudinem... Et si eadem tentatione tententur, & vnus ei cedat, atque consentiat, alter idem qui fuerat perseveret, quid aliud apparet, nisi vnum voluisse, alterum noluisse à castitate deficere. Vnde, nisi propria voluntate: ubi eadem fuerat in vtroque corporis & animi affectio: &c.

OROSIVS *Apol. pro libertate arbitrij.* Mea est hæc fidelis atque indubitata sententia, Deum adiutorium suum, non solum in corpore, quod est Ecclesia; verum etiam vniuersis gentibus subministrare; & speciatim quotidie, per tempora, per dies, per momenta, per atomos; & cunctis, & singulis ministrare... At verò ut adesse adiutorium Dei per singula & per singulos probes, ex quo euidentissimè declaratum est nemini hominum deesse adiutorium.

OROSIVS *Augustino familiaris indubitatè gratiam omnibus dari asserit. An ergo gratia sufficiens è Massiliensium schola proficit, ut vult Iansenius?*

CYRILLVS ALEXANDRINVS *exponens illud ISALÆ 5. Quid est quod vltra, &c.* Si enim rem ad vsum & vtilitatem necessariorum quidpiam à me, qui plantaueram, fortè prætermisum fuerit; causæ nihil dicam, neque poenas exigam: cum verò rebus eam vtilibus plenam, nulliusque rei indigam fecerim, etiam spmas tamen pariat... Num igitur inermem, dum desidiosum agricolam dicet: an potius illos accusabit, qui tantâ sollicitudine curati à me, ad eam fertilitatem suam neglexerunt?

Quam his difformia, quæ tom. 3. lib. 3. pane toto, inculcat Iansenius, nullam communiter datam veteribus gratiam sufficientem ad seruandum vllum præceptum, illamq; scopo legis è diametro repugnasse: statim veterum fuisse peccati & mortis, &c.

IDEM *lib. 1. in Ioan. cap. 11. in illud: Mundus ipsum non cognouit.* Non verbum Dei & æternam hanc lucem, sed imbecillitatem suam mundus accuset: illuminat enim filius, repellit autem gratiam

tiam creatura. Neglexit ulterius currere, suffodit illuminationem ex desidia, & contempnit hanc gratiam.

Quam? nisi sufficientem?

IDEM *lib. 11 in Ioan.* Quod si proditor æqualiter aliis discipulis Saluatoris auxilium non habuisset; frustra hæc à nobis dicerentur; sin autem non minus quam ceteri diuinâ gratiâ regeretur quo modo etiam nõ seruauit eum Christus, qui suum patrociniũ ei præstitit; quĩ quantum ad ferendam opem attinuerit, seruasset hominem, nisi vltro ille in perditionem insilisset? Gratia igitur in aliis effulsit, seruauitque omnes, qui cooperantem ei voluntatem tradiderunt.

PROSPER *De vocatione gentium lib. 2. cap. 5.* Quæ (gratia) etsi parciore antea, atque occultior fuit: nullis tamen sæculis se negauit; virtute vnâ, quantitate diuersâ, consilio incommutabili, opere multiformi.

IDEM *eodem lib. cap. 13.* Cũ ergo talia ad Cain loqueretur Deus, numquid ambiguum est, voluisse eum, & (quantum ad illum medendi modum sufficiebat) egisse vt Cain ab illo impietatis furore respiceret: sed malitia pertinax inde facta est inexcusabilior, vnde debuit esse correctior.

Vnde malitia ea inexcusabilior facta, nisi ob reiectam gratiam, quæ offerebatur?

IDEM *eodem lib. cap. 23.* Non irreligiõse arbitror credi, neque inconuenienter intelligi, quod isti paucorum dierum homines ad illam pertineant gratiæ partem, quæ semper vniuersis est impensa nationibus; quã vtique si bene eorum vterentur parentes, etiam ipsi per eõdem inuarentur.

IDEM *ibid. cap. 26.* De sua habens mutabilitate si deficit; de gratiæ opitulatione si prohibet: quæ opitulatio per innumeros modos siue occultos, siue manifestos omnibus adhibetur; & quod à multis refutatur ipsorum est nequitia; quod autem à multis suscipitur, & gratiæ est diuinæ, & voluntatis humanae.

Audiã Ianseni hic diuini opitulationem Dei in eam, quæ reluctantium nequitia refutatur, nempe sufficientem, & eam, quæ suscipitur, nimirum efficacem?

IDEM *ibid. cap. 29.* Vniuersitati hominum ita multiplex atque ineffabilis bonitas Dei consuluit semper, & consulit: vt neque vlli pereuntium excusatio suppetat, de abnegato sublimine veritatis: neque cuiquam sit liberum de sua iustitia gloriari.

IDEM, *ibid. cap. 31.* Elaboratum est, quantum Dominus adiuuit, vt non solã in nouissimis diebus, sed etiam in cunctis retrò sæculis, probaretur gratiam Dei omnibus hominibus adfuisse; prouidentia quidem pari & bonitate generali; sed multimodo opere, diuersaque mensura.

Aduerte hic dici gratiam omnibus hominibus adfuisse, & omnibus sæculis; & supra cap. 29. eam nulli negari.

Vt melius ea in parte Augustini mentem assecutus: PROSPER, an Iansenius?

LAVRENTIVS NOVARIENSIS *de Penitentia colum. 4.* Post baptisma remedium tuum in te ipso statuit, remissionem in arbitrio tuo posuit.

GREGORIUS *lib. 33. Moral. cap. 20.* Idcirco nequaquam cælestis gratiæ præmia æterna percipiunt; quia ea nunc dum promereri poterant, ex libero arbitrio contempserunt.

BERNARDVS *serm. 5. de Quadragesima:* In nobis est, si vinci nolumus; & nemo vestrum in hoc certamine deicitur inuitus: sub te, ô homo, appetitus tuus est, & tu dominaberis illius. Potest inimicus excitare tentationis motum; sed in te est si volueris dare vel negare confesum: in tua facultate est, si volueris inimicum tuum facere seruum tuum, vt omnia tibi cooperentur in bonum.

DD. SCHOLASTICI

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

D. THOMAS *de veritate q. 24. art. 17. in corpore.* Obstinatio in via est imperfecta, ita quod non de facili possit quis cooperari, vt exeat de peccato; non potest autem ita esse oblitus in malo, quin ad suam liberationem cooperari possit.

IDEM *in 4. distm. 20. q. 1. a. 1.* Deus, qui dat omnibus abundanter, nulli gratiam denegat, qui quod in se est facit, vt se ad gratiam præparet Quamdiu manet homini vsus liberi arbitrij in hac vita, potest ad gratiam se præparare de peccatis dolendo.

IDEM *contra gentes cap. 159.* Cũ hoc sit in potestate liberi arbitrij, impedire diuinæ gratiæ receptionem vel non impedire; non immeritò in culpam imputatur ei, qui impedimentum præstat gratiæ receptioni. Deus enim quantum in se est, paratus est omnibus gratiam dare.

dat: vult enim omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, vt dicitur 1. Tim. 2. Sed illi soli gratia iuuantur, qui in se ipsis gratia impedimentum non praestant: sicut sole mundum illuminante in culpam imputatur qui oculos claudit.

Idem in cap. 6. Ioann. lect. 5. in quest. 3. Cor humanum ex se ad inferiora tendens, non potest sursum eleuari, nisi tractum: si verò non eleuatur, non est defectus ex parte trahentis, qui quantum in se est nulli deficit; sed est propter impedimentum eius, qui non trahitur. . . . Deus autem omnibus ad trahendum manum porrigit, quantum in se est; & quod plus est, non solum attrahit manum recipientis; sed etiam auersos ad se conuertit. . . . Ex quo ergo Deus paratus est dare omnibus gratiam, & ad se trahere, non imputatur ei si aliquis non accipiat, sed ei qui non accipit.

Idem 1. 2. quest. 106. art. 2. ad 2. Dicendum quòd gratia noui testamenti, etsi adiuet hominem ad non peccandum, non tamen ita confirmat in bono, vt homo peccare nò possit. . . . Et ideo si quis post acceptam gratiam testamenti noui peccauerit, maiori poenà est dignus tanquam maioribus beneficiis ingratus, & auxilio sibi dato non vtens. . . . Quia quantum est de se (lex noua) SUFFICIENS AUXILIUM dat ad non peccandum.

Aperi hic oculos Iansenii, & lege in D. Thoma, quod negas, AUXILIUM SUFFICIENTIS: & si potes erubescere.

Idem, 3. p. quest. 52. art. 6. ad 3. Homines quamdiu viuunt, possunt ad fidem & charitatem conuerti; quia in hac vita non sunt homines confirmati in bono vel malo, sicut post exitum ex hac vita.

Idem Ibid. quest. 86. art. 1. in corpore. Dicere quòd aliquid peccatum sit in hac vita, de quo aliquis penitere non possit, erroneum est: quia per hoc tolleretur libertas arbitrij, & derogaretur virtuti gratia, cuiuscumque peccatoris ad penitendum.

Idem in cap. 1. Corin. lect. 1. Non videretur esse fidelis Deus, si nos vocaret ad societatem Filij, & nobis denegaret, quantum in ipso est, ea per qua peruenire ad eum possemus. Vnde Iosue 1. dicit: Non te deseram, neque derelinquam.

D. BONAVENTURA in 1. dist. 40. art. 4. quest. 2. in illud IOANNIS 6. Omnis qui venit ad me non eiciam eum foras: Ergo paratus est Deus omnes complecti, ergo defectus illustrationis non venit ex parte Dei, sed ex parte nostra. Item Apocalypseos 3. Ecce Iho ad ostium & pulso, si quis mihi aperuerit, intrabo ad eum &c. Sed si peregrinus volés hospitari non recumbit in domo, non est causa ex parte sui, sed solum ostij: ergo similitè & obdurationis non est causa, nisi qui non recipit Deum pulsantem. . . . ANSELMVS ait: Non ideo non habet homo gratiam, quia Deus non dat, sed quia homo non accipit.

Idem in 3. dist. 25. art. 10. quest. 2. ad vltimum arg. de gentilibus: Diuina gratia omnibus praesto erat, & natura ad hoc manuducere poterat ex consideratione suae miseriae, & ex eruditione quadam generali, quam accipere poterant à viris qui erant in cultu Dei famosi. . . . Indubitanter verum est, quòd eis praesto erat notitia mediatoris, quanta opportuna erat secundum exigentiam temporis, tum ex dictamine naturae, tum ex aliena instructione; tum etiam ex Dei inspiratione, qui se offert omnibus, qui eum requirunt humiliter.

Idem in 1. dist. 47. art. 1. quest. 1. Deus paratus est iuuare, ita quòd salus non defuit propter defectum ex parte Dei.

An non hac euidenter arguunt Seraphicum Doctorem à nobis contra Iansenium stare?

SCOTVS in 1. dist. 46. q. vnica ad 1. arg. Deus vult omnes homines saluare, quantum ex parte sui, voluntate sua antecedente, pro quibus dedit dona naturalia, & leges rectas, & ADIUTORIA communia SUFFICIENTIA ad salutem. Ita dico, Deus vult isti illa adiutoria communia antecedentia ad salutem omnium, quibus iste etiam potest sufficienter bene viuere & saluari.

Legem etiam, Iansenii, in Scoto, aliter Scholasticorum Principe, ADIUTORIA SUFFICIENTIA, & noli deinceps ita praesumentè negare, quòd non legisti.

Gabriel in 1. dist. 41. q. vnica, art. 3. dub. 3. n. 7. & dist. 48. q. vnica.

Alexander 1. p. q. 28. mem. 2. art. 2. & q. 36. mem. 2. & 2. p. q. 129. mem. 8. §. 1. & 3. p. q. 69. variis locis. & 4. p. q. 13. mem. 4. art. 2. & alibi.

Aluissiodorensis 1. 3. t. 2. q. 5.

Reinerius in Pantheologia, verbo Liberatio à peccato cap. 18. & alibi.

Capreolus in 1. dist. 46. art. 2. Conclus. 4. & in 2. dist. 28. art. 3. & dist. 40. art. 3. & dist. 28.

Conradus 1. 2. q. 109. art. 4. ad 2. & art. 6. in corp. & art. 8. ad 1. & q. 189. art. 6.

Caictanus 1. 2. q. 89. art. 6. & q. 109. art. 6.

Ferrariensis 3. contra gentes cap. 159. §. ad huius.

Durandus in 1. dist. 39. q. 3. in fine. & in 3. dist. 25. q. 1. n. 9.

Richardus in 2. dist. 28. art. 1. q. 3. ad 3. & ad 4.

Henricus quodl. 8. q. 5. parum à medio.

Occamus in 1. dist. 46. q. 1.

- Dionysius Carthusianus in 1. dist. 4. q. 1. in fine. & in 2. dist. 28. q. 2. post medium.
 Argentina in 2. dist. 27. q. vnicâ art. 3.
 Marfilus in 1. q. 20. art. 3. & in 2. q. 18. art. 3. concl. 4.
 Gerson p. 1. alphab. 2. 4. In Reg. Mor. lit. m.
 Maior in 1. dist. 41. q. 1. §. 2. & ad 4. & in 2. dist. 28. q. 1. ad 17.
 Abulensis in Iosue cap. 11. q. 80. & in Matt. 21. q. 211. & alibi.
 Nicolaus de Orbellis in 2. dist. 28. q. vnicâ post medium.
 Roffensis art. 36. contra Lutherum.
 Castro verbo Gratia heresis 1. ad obiect. 1. & de lege penali l. 2. c. 14.
 Ioannes de Medina codice de penit. tr. 1. totâ q. 11.
 Michael de Medina l. 3. de reâ in Deum fide c. 3.
 Andreas Vega l. 15. in Trid. cap. 13. & c. 23.
 Victoria in relect. vltima de peruenientibus ad vsu rationis.
 Dominicus Soto l. 1. de nat. & gratia cap. 15. & cap. 18. & in 4. dist. 15. q. 1. art. 1.
 Corduba lib. 2. Questionarij q. 4.
 Horantius in locis cath. l. 1. cap. 45.
 Contarenus Cardinalis in Epist. de predest.
 Camerarius l. 1. de grat. & lib. arb. c. 8. & toto lib. 3.
 Carthagena de predest. discursu 8. dub. 1. 2. 3.
 Bartholomæus Medina 1. 2. q. 109. art. 10.
 Cumel variis questionibus discursu 5. concl. 3. & 6. Item 1. p. q. 23. art. 3. & alibi.
 Petrus de Cabrera in 3. p. q. 18. art. 4. dist. 6. dub. 1.
 Didacus Aluarez de auxilij disp. 112.
 Gabriel Pennotus in propugn. humane libert. lib. 9. c. 4.

ACADEMIA LOVANIENSIS

Pro doctrinâ Societatis contra Iansenium.

ADRIANVS PP. VI. Viatoribus, etiam peccatoribus, sufficienter assistit Deus, & suam gratiam offert; quâ pro extremo saltem virium laborando, possint peccati indulgentiam promereri; vt in hoc sit differentia viatorum ab iis, qui transierunt terminum. **D**RIEDO de captiuitate & redemptione tract. 5. c. 3. conclus. 8. Piâ quadam fiducia docemus omni homini peccatori sub vsu liberi arbitrij vitam agenti cælitus dispensari pro loco & tempore sufficiens excitationis internæ auxilium, quo valeat credere Deum, &c. Omni homini iam adulto secundum vicissitudinem temporum diuinitus communicantur auxilia quadam speciaha; quibus valeat ad quærendam gratiam Dei promoueri in viam salutis. Ex Augustini doctrina discimus piè de Deo sentiendum esse, vt opinemur etiam Pharaoni & Ægyptis datam esse misericordiam, quâ possent respicere, quam & sapientia approbat. Vide cetera & totum cap. 4.

RVARDVS TAPPERVS de lib. arb. fol. 320. Manifestum est præterea, quod inter duos similitèr (quantum ad illuminationes & inspirationes & alia, exceptâ tamen gratiâ prædestinationis) fieri potest quod vnus poeniteat & perseueret, & non alius, &c. & fol. 331. Verum non est, quod Deus, quantum in se est, omnibus æqualiter suam gratiam impertitur: quâuis Scripturis sit consentaneum, quod Deus, quantum in se est, omnes iuuat & suam impertitur gratiam sicut docet D. THO. & fol. 336. Ex quibus omnibus videtur quod veteres scriptores ante & post tempora D. Aug. docuerunt Deum gratiam suam omnibus offerre, atque ingerere: imò & fidem esse generale donum, iustitiam quoque esse generale munus. fol. 339. Piè sentire expedit, quod nec tales (Deus) prorsus deserat & abiiciat, qui in tenebris infidelitatis habitauerunt. Nullum hominem in hac vita absque spe veniæ relinquendum vt sperare nec possit, nec debeat, probant nonnulla testimonia Scripturarum, nec reipsâ dissentit B. Avg. ab aliorum PP. AMBROS. CHRYSOST. &c. sententia.

IDEM ibid. fol. 321. Si igitur deest gratia, quâ opus est, vt ad Deum conuerti possit, non potest pro tunc ad Deum conuerti, & necessariò non conuertitur, & per consequens non liberè. Quapropter necessariò, & non liberè non credit, cum non sit in eius potestate vt credat. Hanc doctrinam videtur tradere AVGVST. & confirmatur expressâ sententiâ Saluatoris IOAN. 15. Si non venissem & locutus non fuisset peccatum non haberet; nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

FRANCISCVS SONNIYS Episc. Syluaduc. & Antuerpiensis de Pass. Dom. c. 20. Qui est trahens & imitatus

uitatus à Deo sufficienter, nihilominus tamen non accommodat se, sed negligit vel contempte venire, profectò is multò fit damnabilior propter hunc neglectum suum vel contemptum: erat enim sic prauentus & tractus vt potuisset gratià Dei cooperante credere, penitere ac bene viuere, sed noluit. Vnde & apud Isaiam conqueritur. . . . Quid ultra debui facere, &c. quasi diceret, non Patri venit imputandum. . . . non insufficientiæ vocationis diuinæ, sed vestra est negligentia aut malitia imputandum.

CORN. IANSENIUS *Episc. Gandensium in Concordia Euang. c. 1. fol. 51* Quemadmodum sol in hoc lucet, vt quantum est in se omnes illuminet; ita ad hoc missus est Ioannes, & testificatus est, vt quantum in ipso erat, omnes per ipsum crederent. Itaque docendo vt omnes crederent, non vult significare fructum ex Ioannis testificatione consequendum; sed finem à Deo intentum voluntate antecedente, sicut dicit Apostolus: Deus vult omnes homines saluos fieri: & sufficienter testificationis Ioannis, vt per eam omnes crederent, si vellent.

IDEM *Ibid. cap. 90. fol. 652.* In illud *Luc. 13. Ierusalem, Ierusalem qua occidis, &c.* Dicit ergo se multoties voluisse (nempe secundum diuinitatem vt ante) quia multoties illis occasiones varias obrulerit, quibus ad ipsum pertraherentur mittendo prophetas, &c. Porro ex hoc loco euidenter adstruitur arbitrij nostri libertas, & vis, quòd scilicet in nobis situm est, & nostra voluntate saluari, quamquam non sine Dei gratia nos praueniente, quam esse necessariam etiam hic locus ostendit, dum prius dicit Dominus se voluisse filios Ierusalem congregare; si enim ille noluisse, nec ista velle potuisset; sed illo volente ista noluit: vnde sine praueniente Dei gratia bene quidem velle non possumus, sed prauenientem Dei gratiam nullà necessitate amplecti cogimur, sed liberum est eam amplecti vel non.

CYNERVS PETRI *Episcopus Leuuardensis De gratia Christi cap. 13.* Quid est quod debui ultra facere vineæ meæ & non feci eam? An quod expectaui vt faceret vvas & fecit labruscas? Sanè si sufficiens ad bonum populo auxilium defuisset, non sic Dominus de vinea conquestus esset. . . . Respondendum videtur quòd sicut D. Anselmus de casu diaboli differens dicit eum non perseuerasse, non quia Deus illi non dedit; sed quia ipse accipere vel retinere noluit. Ita de his, qui non conuertuntur vel in bono non perseuerant, aptè & rectè dicitur, id eos non facere, non quoniam Deus eis non tribuit vt faciant; sed quia nolunt recipere, vel admittere, quod ex parte Dei paratum illis adest: de quibus Scriptura conqueritur, quòd sunt rebelles lumini & Spiritui sancto resistunt, & in vacuum gratiam Dei relinquunt.

IACOBVS BAIVS *Instr. relig. Christianæ lib. 1. cap. 10.* Sufficiens auxilium dicitur, quo Deus ita hominem vocat, excitat, & præparat, vt possit si velit credere, &c. Tamen reipsa non velit credere. . . . Ad huiusmodi auxilium pertinet inspiratio, pulsus, motio, concitatio, & illuminatio, cum homo non acquiescit, nec consentit, quia suadet tantum, non etiam persuadet. De hac gratia loquitur AVGVSTINVS *lib. de spirit. & lit. cap. 33.* Dicens quibusdam intrinsecus suaderi, sed non persuaderi, vt accidit iis, quibus *Actor. 16.* Apostolus prædicabat. Sic AVGVSTINVS *lib. 83. qq. quest. 68.* Inuitatos ad cœnam venire potuisse scribit. *Vide etiam cap. 105. & 109.*

IOANNES MALDERVS *Episcopus Antuerpiensis l. 2. q. III. art. 3. dub. 4.* Conclusio sit affirmatiua: Omnino dari gratiam excitantem verè sufficientem, quæ non sit efficax.

IDEM *ibid. dub. 5. membr. 1.* Dico itaque 1. Adultis qui non sunt obdurati datur sufficientis gratiæ auxilium quo ad Deum conuerti possint. Qui post varias adductas probationes addit: Quæ sanè mouerunt Scholasticos DD. plerosque non immeritò, vt manibus pedibusque in eam sententiam irent, quæ, adultis saltem omnibus, in Christo tribuit sufficientem gratiam quâ saluari queant: quod apud Hispanos & vbiq; in Christianis Academiis hodie ad eò receptum est, vt non dubitauerit CVMEL *tom. 3. disp. suarum ad 1. p. D. THOM.* scribere: Quæ propositio ab omnibus admitti debet, & in quacunque opinione. Et PETRVS DE CABRERA *Cordubensis in 3. p. D. Thom. q. 18. art. 4. disp. 6. dub. 1.* Hæc conclusio ad eò certa est, vt oppositum sine errore affirmari non valeat. Et PETRVS DE LEDESMA *de gratiæ auxiliis art. 16. quest. vnicâ.* Hoc dictum est certissimum inter Theologos; & illud docent omnes discipuli D. THOMÆ.

IDEM *dub. 6. de obduratis:* Respondeo aliquo modo dicendos esse habere, nempe gratiam sufficientem ad conuersionem & vitanda peccata.

Numquid ergo quod apud Hispanos & vbiq; in Christianis Academiis ad eò receptum, è Massiliensium prodiit schola? Sed iam nota fides Iansenij.

IOANNES VVIGGERS *l. 2. quest. III. art. 3. n. 24.* Agnoscenda eiusmodi diuinæ gratiæ auxilia, quibus Deus homines prauenit & excitat: atque ad eò sufficientes vires præbet, siue ad malum vitandum, siue ad bonum operandum: quæ ab hominibus tamen negliguntur, nec consequuntur effectum. Probat contra Calvinum.

IDEM *n. 57.* Habitâ ratione dumtaxat ipsius entitatis principij diuinitus immissi, non repugnat quòd ex duobus eadem vocatione vocatis vnus sequatur & alter non.

IDEM n.77. Dico sextò: Credere possumus neminem adulatorum sic gratiâ defuiti, vt nunquam ad ostium cordis pulset Dominus, numquam salutare suggerat cogitationes, quibus se ad fidem, pœnitentiam, & salutem possit disponere: singulos & vniuersos trahit & vocat, vt cum filio prodigo ad Patrem reuertantur.

THOMAS STAPLETONVS *Professor Louaniensis tom.2. lib.4. cap.8.* Ex Scriptura & PP. sic concludit: In qualicumque præsentia gratiæ, tamen voluntas liberè dissentit, liberè non credit, liberè non venit, denique etiam liberè contra gratiam pugnat.

Doctrina eadem sæpius impressis Theſibus in scholis publicis Louanij defenſa.

Prefide IACOBO IANSONIO *In Theſibus anni 1598. 23. Iunij conclus. 3.* Subdiuiditur gratia actiualis in eam quæ est sufficiens tantum & in efficacem. Priorem iustificatis omnibus dari omnino existimamus, non ita posteriorem.

Item anno 1607. 24. Septemb. concl. 2. Item anno 1608. Item anno 1610. 24. Apr. Item anno 1610. 9. Octob.

Prefide IACOBO CLARIO *In Theſibus anni 1600. 19. Ianuar.* Qui signanter addit conclusionem, Gratiam sufficientem & auxilium haberi à quouis adulto pro toto eo tempore quo medietè saltem conuertit & saluari possit: quin etiam ad vitandum nouum peccatum nullam unquam homini negari.

Item anno 1607. 6. Febr. conclus. 2. Item anno 1608. 16. Maij conclus. 5. Item anno 1614. 21. Octob.
Prefide SAMUELE LOYAERTS *In Theſibus anno 1607. 24. Septem. Item 1611. 28. Nouem. Item 1611. conclus. 2. Addit verò concl. 3.* Ad noua peccata vitanda datur adultis peccatoribus etiam obduratis suo modo gratia sufficiens.

Prefide IOANNE MALDERO *In Theſibus 1608. 8. Aug. concl. 3. & 6. Item 1610. 30. Ianu. concl. 3. 7. 11. ait:* Gratiam omnibus paratam esse, vt vel à peccatorum cæno emergant, vel ne nouis inciantur, suadet infinita Dei bonitas, & Redemptoris $\Phi\iota\lambda\alpha\nu\delta\ \rho\omega\tau\iota\alpha$. *Vide similia concl. 4.*

Item 1610. 23. Martij, conclus. 1. sic habet: Habent omnes adulti auxilium sufficiens saltem medietè. Idem intellige de obduratis & excæcatis.

Prefide GVILIELMO FABRICIO *In Theſibus 1612. 9. Martij conclusio 4. sic habet:* Gratiam sufficientem omnibus adultis, etiam excæcatis & obduratis dari, suadet infinita Dei bonitas, & Christi Domini pro omnibus mortui copiosa redemptio. *Item 1612. 17. Maij.*

Prefide IOANNE WIGERS 1637. 3. Martij.

Prefide IOANNE SCHINKELIO 1637. 12. Iunij conclus. 4.

ARTICVLVS IX.

An gratiæ resisti possit?

IANSENIVS.

THEOLOGI SOCIET.

I. **N**ullum adiutorium gratiæ, cuius usus ita ponitur in arbitrio voluntatis, vt illo utatur, aut non utatur; vt illud amplectatur aut deserat; aut illi consentiat, aut non consentiat, si voluerit, ad medicinale adiutorium (siue veram gratiam Christi) villo modo pertinere potest. Tom. 3. lib. 2. c. 5. col. 103.

II. *Cùm*

I. **C**um Concilium Tridentinum, (quod post cetera accuratissime omnia ad auxilia gratiæ spectantia tradidit) definiat: a hominè à gratiæ præueniente excitatum, eidem gratiæ liberè assentiri, & cooperari; sic, vt illam etiã abiicere possit, nempe non assentiendo, nec cooperando: & anathemate damnet, dicentem: Liberum hominis arbitrium à

Deo motum, & excitatum, nihil cooperari, neque posse dissentire, si velit; malè omnino Iansenius, tale adiutorium à gratiâ Christi excludit.

II. Tri-

Iansenius.

Theologi Societatis.

II. *Cum adiutorij gratiæ usus, & non usus, actio & cessatio, libertati subditur; vel cæcis manifestum est, impossibile esse, ut sit aliud adiutorij genus, quàm possibilitatis; quod Pelagianus error asseruit.*
Tom. 3. lib. 2. c. 9. col. 24.

III. *Nulla omnino gratia Christi effectû suo caret; sed omnino efficit ut voluntas velit, & aliquid operetur. Unde gratia & bonum opus ita reciprocantur, ut sicut ex gratia data mox effectus operis consecutus infertur; ita vice versa ex defectu operis, gratiam non esse datam.*
Tom. 3. lib. 2. c. 25. col. 202. & 204.

IV. *Adiutorium gratiæ ante lapsum Adæ tale erat, ut ab ipso libera voluntatis nutu penderet; saluaq; maneret illa libertatis in utramque partem flexibilis indifferentia: nunc verò tale est, quod suapte efficaciam faciat insuere facultatem, nec ipsius libero arbitrio subiaceat. Sed hoc ipso quo datur, simul & usus eius, & influxus datur: sicut hoc ipso quo adest iustitia, fit iustus animus.* To 3. lib. 2. c. 4. col. 97.

Consonant Hæretici nostri temporis,
CALVINVS lib. 2. Instit. cap. 2. §. 10. & cap. 3. §. 10. Idem in Antid. sessionis 6. §. Porro. & in can. 4. eiusdem sess. & sub initium sessionis 6. LUTHERVS de seruo arbitrio: qui liber totus eodem spectat. Idem in Genes. 2. CONTRA-REMONSTRANTES in Specimine Amstelred. ar. 73. apud Malderum 1. 2. & idem art. 72.

II. Tridentinum cum non aliam describat gratiam, quàm quâ Deus hominem præueniat, vocet, excitet, moueat, illuminet, cor tangat, & bona inspiret: & de his omnibus dicat hominem à Deo motû, & excitatum dissentire posse, deesse posse, abiciere posse: necesse est eam gratiã, quam abiciere, & cui dissentire, ac deesse quis potest, veram Christi gratiam esse; vel pro ea, quam tradere Concilium debuerat, Pelagianum nobis errorem obrudere.

c. cap. 13.
d. cap. 5.

III. Exhortatur nos Apostolus ne in vacuum gratiam Dei recipiamus: id est, ne effectu & fine ad quem data est, careat. Sentiebat ergo carere eo posse: nec eam, quam Iansenius, inter gratiam & opus; interque non opus & non gratiam agnoscebat reciprocationem. Nec verò S. Stephanus, cum ait: *ſ Durâ ceruice & incircumcis cordibus, vos semper Spiritui sancto* (id est eius gratiæ) *resistitis.* Poterant ergo resistere, & gratiæ non obtemperare.

c. 2. Cor. 6.
1.

1. Act. 7. 51.

IV. Adæ adiutorium ob hoc amplius in nutu erat voluntatis, quòd totum in habitualibus donis consisteret; nec perinde ut nos, ille gratiæ actualis impulsu indigeret: qui tamè dum in nobis fit; ita suaviter allicit, ut libertatis indifferentiam nullâ necessitate violet. Sic enim Christus loquitur: *g Ego sto ad ostium, & pulso; si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum* q. d. non perfringam, nisi consentiendo ultro aperiat.

ſ g Apoc. 3.
20.

SCRIPTURÆ

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

- PROVERB. I. 24. Vocavi, & renuistis; extendi manum meam, & non erat qui aspiceret.
 ISAIÆ 5. 4. Quid est, quod ultra debui facere vineæ meæ, & non feci ei? an quod excipit
 tui, ut faceret uvas, & fecit labruscas?
 IDEM 65. Expandi manus meas totâ die, ad populum incredulum &c. qui ad iracundiam
 prouocat me, ante faciem meam semper.
 PSAL. 94. 8. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.
 MATTH. 20. 16. Multi vocati, pauci verò electi.
 IDEM 22. 3. Misit vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire.
 IDEM 23. 37. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat
 pullos suos sub alas, & noluisti?
 ACTOR. 7. 51. Vos semper Spiritui sancto resistitis.
 ROM. 2. 5. Benignitas Dei ad penitentiam te adducit: tu autem secundum duritiam tuam,
 & impenitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ.
 2. CORINT. 6. 1. Exhortor vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.

CONCILIA

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

- TRIDENT. sess. 6. cap. 5. Tangente Deo cor hominis . . . inspirationem illam recipiens,
 abicere potest.
 IBIDEM cap. 11. Deus suâ gratiâ semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur.
 IBIDEM cap. 13. Deus, nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut cepit opus bonum, ita perficit;
 operans velle, & perficere.
 IBIDEM can. 4. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum . . .
 non posse dissentire, si velit; anathema sit.
 SENONENSE anno 1528. decreto fidei 15. Non est tale trahentis gratiæ auxilium, cui resisti non
 possit.

SS. PATRES

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

- ARNOBIUS lib. 2. aduersus gent. Vis sumere quod offertur, atque in tuos vsus conuertere
 consulueris tu tibi: aspernaris, contemnis, despicias? te muneris commoditate priuaueris
 nulli Deus necessitatem affert.
 CHRYSOSTOMVS homil. 82. in Matth. 26. Dei vocatio nullum cogit, nec mentem eorumque
 virtutem volunt contemnere, vilo modo violentat, sed hortatur quidem, ac consiliat, & omni-
 bus modis bonos esse persuadet; si verò aliqui reluctantur, nullo modo cogit.
 IDEM hom. 46. in Ioan. 6. Non enim vi, & necessitate quadam, Deus bonos facere consentit;
 neque electio eius violenta est; sed suaforia. Ut enim intelligas non cogere vocationem; mul-
 tos vocatos perire contingeret: quamobrem constat in nostro esse arbitrio, an saluemur, an
 perdamur.
 AVGVSTINVS lib. de spir. & lit. cap. 34. Misericordia Dei præuenit nos; consentire autem vo-
 cationi Dei, vel ab ea dissentire, nostræ voluntatis est.
 IDEM ad Simplicianum lib. 1. q. 2. Noluisset ergo Elau, & non cucurrit: sed etsi voluisset & cu-
 currisset, Dei adiutorio peruenisset; qui ei etiam velle, & currere vocando præstaret, nisi vo-
 catione contemptâ reprobus fieret.
 IDEM Lib. LXXXII. qq. q. 68. Ad illam enim cœnam, quâ Dominus dicit in Euangelio præ-
 paratam, nec omnes, qui vocati sunt, venire voluerunt; neque illi qui venerunt, venire pot-
 uerunt, nisi vocarentur: itaque nec illi debent sibi tribuere, qui venerunt, quia vocati venerunt;
 nec

nec illi qui noluerunt venire, debent alteri tribuere; sed tantum sibi; quoniam, ut venirent vocati, erat in libera voluntate.

CYRIL. ALEXAND. in *Ioan. 17. lib. 11. cap. 21. in fine.* Quod si proditor aequaliter aliis discipulis Salvatoris auxilium non habuisset, frustra haec a nobis dicerentur. Sin autem non minus quam ceteri diuinam gratiam regebatur, sed suo ipsius iudicio in profundum perditionis delapsus sit; quomodo etiam non seruauit eum Christus: qui suum patrocinium ei praestitit, qui quantum ad ferendam opem illi attinuerit, seruasset hominem, nisi vltro ille in perditionem insilisset. Gratia igitur in aliis effulsit, seruauitque omnes, qui cooperantem ei voluntatem tradiderunt: sic enim salutis nostrae modus dispositus est.

PROSPER 2. de *vocat. Gent. cap. 12.* Quod non potest, nisi cooperante Spiritu Dei fieri, eorum meritis deputetur, quorum id potuit voluntate non fieri.

IDEM *lib. 2. de vocat. Gent. c. 26.* Quae voluntas de sua habet mutabilitate, si deficit; de gratia vero opitulatione si proficit: & quod a multis refutatur gratia, ipsorum est nequitia: quod a multis recipitur, gratia diuinæ est, & voluntatis humanae.

DAMASCENVS *lib. 2. orthod. fidei cap. vlt. initio.* In nobis est virtuti immanere, & sequi Deum nos ad illam vocantem, aut deserere virtutem.

ANSELMVS in *6. Matth.* In Paulo videtur cogens Dei voluntas; sed non est, quia licet sit percussus; tamen voluntate erat liberus, ut resisteret, si vellet.

IDEM *Matth. 6. in illud: Fiat voluntas tua.* Docet aliquando contingere, ut Deus per misericordiam velit de aliquo prauo, quod sit iustus, & conferat illi gratiam suam; & tamen ille per liberum arbitrium contradicat, nec gratiae Dei consentiat.

DD. SCHOLASTICI

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

D. THOMAS 4. contra *Gentes c. 70. ad obiectionem sumptam ex 1. Ioannis 3.* Omnis qui ex Deo est, peccatum non facit; responder: Haec ideo dicuntur; quia bona Spiritus sancti, quantum est de se, tantam habent virtutem, quod hominem sine peccato conseruare possunt, neque homo peccare potest, secundum ea viuens: potest autem contra ea agere, & ab eis discedendo peccare.

Certe non disceditur ab aliquo nisi prius cum illo quis fuerit.

IDEM *Lectione 3. in 7. Rom. Velle adiacet mihi, id est, propinquum est mihi; quasi sub mea potestate constitutum (quod dicit non patrocinari Pelagianis) quia velle adiacet mihi, scilicet per gratiam reparato, & ex operatione diuinæ gratiae.*

IDEM 1. p. q. 62. art. 3. ad 2. Omnis forma inclinat suum subiectum, secundum modum naturae eius: modus autem naturalis intellectualis naturae est, ut liberè feratur in ea, quae vult: & ideo inclinatio gratiae non imponit necessitatem; sed habens gratiam potest ea non vti, & peccare.

Obserua D. Thomam generaliter loqui de omni forma; atque ad id de gratia; quae proinde omni voluntas non vti potest.

IDEM 1. 2. q. 106. art. 2. ad 2. dicit: Legem nouam, quantum est de se, sufficiens auxilium dare, ad non operandum: sed hominem ingratum, auxilio sibi dato non vti.

BONAVENTURA in 2. *distinct. 26. q. vlt.* Pro tanto dicitur gratia mouere liberum arbitrium, quia liberum arbitrium gratia informatum, mouet seipsum. Et *infra ad 1.* Sicut voluntas mouet seipsam ad opera naturalia; sic adiuta per gratiam mouet seipsam ad opera meritoria.

SCOTVS in 1. *distinct. 40. q. vnicâ in corp.* Ille, qui est praedestinatus, potest damnari; non enim propter eius praedestinationem voluntas eius confirmata: & ita potest peccare, & ita paratione in peccato stare finaliter.

Gratiam certe finalem habet, qui praedestinatus est; resistere autem ei potest; quia finaliter in peccato stare potest.

ALBERTVS 1. par. q. 63. *Memb. 3. Art. 2.* Licet praedestinatio praeparet isti gratiam, & gloriam; tamen quia iste liberi arbitrii erit, & potest ponere obstaculum Spiritui sancto, & operationi diuinæ, potest impedire ne conferatur ei gratia, & gloria. IDEM *dicit art. 2. par. 2.*

ALEXANDER 2. par. q. 19. *Memb. 2. ad 4.*

EGIDIVS in 2. *dist. 5. q. 2. art. 2. post medium, quod probat ibidem ex Damasceni lib. 2. cap. 30.* Item *in solut. ad 1. & dist. 25. q. 1. art. 3. dubio litter. 2. §. sed dices.*

ARGENTINA in 2. *dist. 5. q. vnicâ, art. 3. in fine.*

RAINERIVS in *Panthologia verbo Gratia cap. 2. ad finem. Item verbo Liberatio à peccato cap. 18. 20. 22. 24. & verbo Reprobatio cap. 5. 6. 10. & verbo praescientia cap. 7.*

DIONY-

DIONYSIVS CISTERCIENSIS in 1. dist. 4. q. 1. art. 1. par. 2. prop. 4. & in 2. dist. 25. q. 2. art. 2. Con. 5. ibidem q. 3. art. 1. in Corol. 1.

CONRADVS 1. 2. q. 10. art. 4. §. 2. CAIETANVS 1. 2. q. 111. art. 1. ante medium. FERRAR. 3. contra gentes cap. 159. circa medium. IDEM in 4. contra gent. 22. §. Ad eius evidentiam. IOANNES MAIOR. in 2. dist. 28. q. 1. post 4. Concl. Corol. 2. ibidem ad 7. argum. MARSILIUS 2. q. 17. prope finem. GUILIELMVS DE RVBIONE in 2. dist. 24. q. 1. art. 2. WALDENSIS tom. 1. doctrinalis fidei cap. 29. ante medium. IDEM in tom. de sacramentis cap. 10. post medium. ABVLENSIS in Iosue cap. 2. q. 81. sub initium. DELPHINVS L. 2. de predest. in respons. ad 2. dub. Idem lib. 5. de iustificacione titul. de ordine iustificacionis §. secunda. STVNICA lib. 2. de vera relig. cap. 5. in fine. DOMINICVS SOTO in explicationibus suarum opinionum ad finem lib. 4. sent. CONTARENVS CARDINALIS in Epist. de predest. in fine. IOANNES COCHLEVS duobus lib. de lib. arbit. aduersus Melanch. IOANNES ECKIVS in Enchirid. locorum communium loco 31. ad 11. obiect. & pluribus aliis locis ibidem. IOANNES NOPELIVS lib. 2. cap. 2. CASTRO verbo Gratia hierogl. 2. colum. 2. & Col. 10. & 11. ANDREAS VEGA in Trident. lib. 6. cap. 8. in fine. & cap. 9. in principi. CAMERARIVS de gratia & lib. arbit. lib. 1. c. 21. & lib. 3. cap. 8. & ibidem variis locis. ALPHONSVS VIRIVSVS Philippica 15. FRANCISCVS CARTHAGENA de Predest. discursu 8. dub. 1. Concl. 3. & seq. MICHAEL DE PALACIO in 2. sent. dist. 25. HORANTIUS Locorum Cathol. lib. 1. cap. 52. & alibi. FELICIANVS CAPITONVS Cathol. explicat. par. 2. explicat. 73. num. 3. LORCA de Gratia disp. 17. §. 1.ultima disp.

ACADEMIA LOVANIENSIS

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

ADRIANVS PAPA VI. Quodlibet 7. q. 1. versus finem: Plurimorum manus à Deo apprehenduntur, qui tamen extra puteum non trahuntur, quia semetipsos iuuare non fatigunt: ut si iacenti in puteo chorda porrigitur, quâ se valeat liberare; sed quia laboris piget, aut penam refugit suâ culpâ, non offerentium restem, in puteo perseverat.

IOANNES DRIEDO de Capt. tract. 6. cap. 11. part. 2. Gratia auxilium est tamquam organum seu instrumentum, aut indumentum, aut aliud quoduis desuper datum, quo potest homo liberè uti, aut non uti.

IDEM de Redempt. generis humani tract. 4. cap. 2. coroll. 5. Quemadmodum ex duobus iam equaliter iustis, contingit alterum libero arbitrio à gratia deficere, consentiendo desideriis carnis suæ; alterum eodem libero arbitrio innixo Dei auxilio perseverare: sic ex duobus adhuc impiis æqualiter indignis, æqualiter diuinis instinctibus pulsatis, atque admonitis, aut ad fidem, aut ad cordis penitentiam, contingit alterum non reluctari, sed locum dare pulsanti Deo; alterum verò resistere, & permanere in obstinatione suæ voluntatis. Habuit hic qui sic vocatus resistit, in potestate sua non resistere: alioqui neque peccaret, neque sibi meritum supplicij faceret resistendo.

RVARDVS TAPPERVS art. 7. contra Lutherum prop. 7. Deus non flectit voluntatem ad alteram contradictionis partem determinando, nisi suasionem, & inspirationem, quam etiam liberum est homini semper sequi, & negligere, per quam ipse operatur in cordibus nostris velle, & perficere. IDEM ibidem propos. 10. Quod ex similiter tractis, & interius in corde vocatis, unus credit, & conuertitur; & alius manet incredulus, nec conuertitur; contingere potest ex sola arbitrij diuinitus preparati libertate, nec aliter contingere potest si similiter sunt affecti, & vocantur, secundum quod apti sunt ad sequendum. Omnibus namque positis, quæ præcedunt, & requiruntur ad fidem, & conuersionem, libera manet voluntas, nullaque inducitur necessitas se determinandi ad credendum, vel sequendum vocationem, nec ad oppositum.

FRANCISCVS SONNIYS Episcopus Antwerp. in Demons. tract. 12. de Confus. ad obiect. Si autem dona Dei sunt, igitur non habet ea in potestate sua homo. Respondet: Dona dei nequeunt nisi vbi donata fuerint. Vbi autem donata sunt, iam vti illis, vel, non vti, eius, qui donum accepit, efficitur.

MARTINVS RITHOVIVS Episcopus Iprensis in 1. sentent. dist. 24. vsque ad 30. MS. Trahit autem (gratia) non inuitum; sed sicut trahit sua quemque voluptas. Et iterum: Sic trahit, ut tamen non sequaris necessariò, sed in diuersum te mouere potes.

TILETANVS 1. par. Apolog. pro Trident. circa sess. 6. Nec per peccatum iniecta est (homini) in suis operationibus necessitas. Consequenter probat ex Scriptura & PP. suppositâ gratiâ, indifferenter esse potestatem vtriusque partis, ad bonum scilicet, & malum.

CORNELIVS IANSENIUS Episcopus Gandens. cap. 90. Sine præueniente Dei gratiâ bene quidem velle non possumus; sed præuenientem Dei gratiam nullâ necessitate amplecti cogimur: sed liberum est amplecti, vel non.

THOMAS

THOMAS STAPLETONVS *Antidoto in Ioan. cap. 1.* Volendi efficacia, volendi libertatem non tollit, sed statuit; nõ impellit, sed adiuvat. *Idem Antidoto in Acta c. 2. ad illa verba:* Definito consilio & præscientiã Dei, docet per diuinam prouidentiam, humanis actionibus non imponi necessitatem.

IOANNES MALDERVS *Episcopus Antwerp. in Anti-synodico cap. 8. n. 3.* Omnino dicendum est, post Dei operationes in hominis potestate manere regenerari, vel non regenerari; conuerti, vel non conuerti; & gratiã efficaci non tolli libertatem nostrã voluntatis in consensu, ad quem nos excitat. *Vide eundem 1. 2. q. 111. art. 3. dub. 13.*

IOANNES WIGGER *5 1. 2. q. 111. art. 3. nu. 27.* Agnoscenda huiusmodi diuinã gratiã auxilia, quibus Deus homines præuenit & incitat; atque adeo sufficientes vires præbet, siue ad malum vitandum, siue ad bonum operandum; quæ ab hominibus tamen negliguntur, nec consequuntur effectum.

ARTICVLVS X.

An gratia nobis cooperetur, & nos gratiã: adeoque aliquid nostrum sit in bono opere, ex eaque aliquid laudis in nos redundet?

IANSENIVS.

THEOLOGICI SOCIET.

I. *Pelagiana phrasæ sunt, gratiam prouocare, alligere, cooperari voluntati.* Tom. I. lib. 5. c. 11. col. 269.

I. **N**on Pelagiana, sed Apostolica phrasæ est: Dei gratiam nobiscum, & nos gratiã Dei cooperari. Cùm a *Euangelium* ac b *Tridentinum* a *Matth.* 22. 3. b *Trid. sess.* 6. can. 4. Deo, Dei que gratiã inuitandi, vocandi, excitandi que officia tribuat; mirum est quid in prouocandi, alligandi que nominibus, apud Theologos vsitatis, Iansenius supersticiosus scrurator Pelagianismi inueniat.

II. *Laudem boni operis, bona que voluntatis partiri cum Deo, impium esse, ex eo patet, quod post lapsum hominis, tota laus bonæ voluntatis, atque operis in solam gratiam referenda sit.* Tom. 3. lib. 2. c. 23. col. 193.

II. Vti Catholicorum nemo sic opus bonum partitur cum Deo, vt partem eius vnã sibi, alteram Deo tribuat: ita non nisi contra sacræ Scripturæ & Conciliorum auctoritatem negari potest, quin ex eodem bono opere, quod diuinã gratiã, vt principali causæ, cooperando facit iustus, & laudem & meritum habeat, & mercedem, coronam que expectare debeat.

Consonant hæretici CALVINVS 2. *Instit.* l. 3. §. 6. n. & 12. in *Antidoto Trident. sess. 6. cap. 6.* CALVINVS in *Antid. Trid. sess. 6. sub initium.* IDEM *ibid.* §. Sexto capite. & in can. 4. eiusdem sessionis. IDEM *lib. 3. Instit. cap. 24. §. 1. & 3.* & *lib. 2. cap. 3. §. 6. & 11.* LUTHERVS Tom. I. in *resolutione propositionum Lipsiensium conclus. 2.* CHEMNITIVS in *exam. Trid. sess. 6. in can. 2. 3. 4. & c.*

SCRIPTURÆ

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

SAP. 9. v. 10. Mitte eam de sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret. I. CORINTH. 15. v. 10. Abundantius omnibus laboraui, non ego; sed gratiã Dei mecum.

Quid est gratiam mecum laborare, quàm cooperari?

G

ROMA

- ROM. 2. 7. 6. Reddet unicuique secundum opera eius: iis quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam, honorem, & incorruptionem quarunt, vitam æternam.
- I. CORINT. 4. 7. 5. Tunc laus erit unicuique à Deo.
- II. TIMOT. 4. 7. 7. Reposita est mihi corona iustitiæ.
- EZECH. 18. 7. 31. Facite vobis cor nouum, & spiritum nouum.
- Si ex eo quod Deus operetur in nobis velle, rectè Deo boni operis laus adscribitur; aequè ex eo quod homo Deus adiuvante faciat sibi cor nouum, aliquid in eum laudis derivari necesse est.*
- I. COR. 3. 7. 88. Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem: Dei enim sumus adiutores. græcè συνεργοί, Cooperatores.

CONCILIA

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

- TRID. sess. 6. cap. 7. Iustitiam in nobis recipientes & c. secundum propriam cuiusque dispositionem & cooperationem.
- IBIDEM Can. 4. Si quis dixerit liberum arbitrium nihil cooperari, assentiendo Deo cunctanti, anathema sit.
- IBIDEM Can. 32. Opera bona sunt ita Dei dona, vt etiam bona sint iustificati merita.
- ARAVSIC. Can. 9. Quoties bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum, vt operemur, operatur.
- SENONENSE in Prefat. Non ego, sed gratia Dei mecum: vnde rectè conficitur ipsum diuinæ gratiæ etiam vt reliquos, cooperatum fuisse.

SS. PATRES

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

Gratia nobis cooperatur.

- CHRYS. in epist. ad Timor. Hom. 2. Qui enim nos cum perdit inimicique essemus, saluos per gratiam fecit, multo magis cum operantes viderit, cooperari accedit.
- AVG. de grat. & lib. arbit. c. 17. Cooperando (Deus in nobis) perficit, quod operando incipit; quia ipse vt velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens.
- FVLGENTIVS de Incarnatione & gratia cap. 30. Voluntas gratiæ secum operanti seruitium obedientiæ cooperatrici exhibet.
- PROSPER lib. 2. de vocatione gentium cap. 12. Vt quod non potest, nisi cooperante spiritu Dei, fieri, eorum meritis deputetur, quorum id potuit voluntate non fieri.
- BEDA lib. variar. Quæst. 13. Quod si voluerimus, ad laborem in omnibus, quæ bene agemus, nobis cooperabitur.
- GREGORIUS 16. Moral. c. 10. Superna pietas subsequente nostro libero arbitrio, bonum quod appetimus, agit nobiscum.
- IDEM lib. 33. Mor. c. 20. Bonum quod agimus, & Dei est, & nostrum: Dei per præuenientem gratiam, nostrum per consequentem liberam voluntatem. Si enim Dei non est, vnde ei gratias in æternum agimus? rursum, si nostrum non est, vnde nobis retribuere præmia speramus? quia ergo non immeritò gratias agimus, scimus quòd eius munere præuenimur: & rursum, quia non immeritò retributionem quarimus, scimus quòd subsequente libero arbitrio bona elegimus, quæ ageremus.
- BERNARD. de grat. & lib. arbit. circa finem. Si gratia cum libero arbitrio cooperatur, vt tamen illud in primo (in excitatione) præueniat, in cæteris comitetur; ad hoc vtique præueniens, vt iam sibi deinceps cooperetur.
- IBIDEM. Non autem ego, ait, sed gratia Dei mecum: potuit dicere per me, sed quia minus erat, maluit dicere mecum: præsumens se non solum operis esse ministrum per effectum, sed etiam operantis quodammodo socium per consensum.
- IBIDEM. Si igitur Deus tria hæc, hoc est bonum cogitare, velle, perficere operatur in nobis, primum profectò sine nobis; secundum nobiscum; tertium per nos facit.
- AVGVST. de verbis Apost. serm. 13. Non adiutor est ille Deus, si nihil agit: non cooperator est, si nihil operamini.
- IBIDEM. Si non esses operator, ille non esset cooperator.

DD. SCHOLASTICI

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

D. THOMAS 1.2. q. 111. a. 2. c. In illo effectu, in quo mens nostra & mouet & mouetur, operatio non solum attribuitur Deo, sed etiam animæ: & secundum hoc dicitur gratia cooperans.

MAGISTER. 2. dist. 27. Illa gratia præueniens, quæ & virtus est, & non vsus liberi arbitrij est, sed ex ea potius est bonus vsus liberi arbitrij, quæ nobis est à Deo, non à nobis: vsus verò bonus arbitrij & ex Deo est, & ex nobis; & ideo bonum meritum est: ibi enim solus Deus operatur, hic Deus & homo.

D. BONAVENTURA in 2. dist. 26. Quest. 6. Art. 1. Gratia operans liberum arbitrium præuenit, & mouet; quia Deus illam infundendo, voluntatem hominis sanat, & præparat: Gratia verò cooperans, siue subsequens liberum arbitrium dicitur mouere; quia voluntas tali dono gratiæ informata mouet seipsam.

In similem sensum conspirant ALBERTVS MAGNVS 2. p. q. 18. & q. 101. Memb. 1. Alexander 3. p. q. 69. Memb. 3. Art. 3. & 4. Durandus in 2. dist. 26. q. 3. Dyonis. Carth. in 2. dist. 66. q. 4. & 5. Conradus 1.2. q. 109. Art. 6. & 7. & q. 111. Art. 2. Marsilius in 2. q. 18. Art. 1. Conclus. 4. & 5. Waldensis de Sacram. cap. 10. n. 5. Richardus in 2. dist. 26. q. 3. Dionys. Cisterc. in 2. dist. 27. q. vnicâ art. 2. Concl. 3. Capreolus in 2. dist. 28. q. vnicâ art. 3. prope medium, cum Gregorio Arimin. §. ad 12. Deza in eadem dist. & q. 4. art. 4. ad 12. Vega in Trident. lib. 6. cap. 8. Soto 1. de nat. & grat. cap. 16.

Iudicet Lector quæ fides Iansenio habenda sit, Pelagiana dogmata pro arbitrio eudeni potius, quàm recensenti: dum ipsissimos Scripturæ, Conciliorum, Patrum, ac Catholicorum Doctorum loquendi modos Pelagianos nuncupat.

ACADEMIA LOVANIENSIS

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

D. RIEDO de captiuit. & redempt. generis humani. tract. 6. c. 2. fol. 153. Principia vocationis & inspirationis, instinctus, cogitationes, & virtutes quibus incipimus, velle & credere, Deus operatur in nobis, non cooperantibus nobis. Dum autem volumus, & credimus, & ita volumus vt operemur, nobiscum operatur Deus.

RVARDVS art. 7. c. 299. Vt ergo velimus sine nobis operatur: cum autem volumus, & sic volumus, vt faciamus, nobiscum cooperatur.

IOAN. MALDERVS Episcopus Antuerp. 1.2. q. 111. art. 2. Gratia Dei voluntatis nostræ aliquo modo cooperatrix est.

SS. PATRES

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

Nos cooperamur gratiæ.

CLEMENS ALEX. 7. Stromat. prope medium. Deus præbet æternam salutem iis, qui opem illi ferunt, & cum eo cooperantur ad bonas actiones.

ANDREAS CÆSAR. serm. 7. cap. 17. Spiritus signaculum, quod homini contra tentationes datur, eatenus vim suam ostentat, quatenus ipsi collaboramus. Qui igitur auxilio illo destituntur, vna cum ipso manum operi admouere non volunt.

PHILO CARPAT. in Cant. cap. 6. v. 3. Trahamur oportet, præueniamur à gratia, eaque semper adiuuemur: id ipsum fatemur vtique; sed collaboremus necesse est.

PROSPER. Ep. ad Demetriadem paulo post medium. Cooperatores nos esse oportet gratiæ Dei, villam excitantem, iuuantem, locupletantem, &c. vigilanter, & sobriè subsequamur.

BERNAR. 1. de grat. & lib. arbit. circa finem. Ad hoc vtique præueniens, vt iam sibi deinceps cooperemur: ita tamen quod à sola gratia captum est, pariter ab vtroque perficiatur.

Ex his omnibus rursus discimus, gratiam nobis cooperari: nam cum due causa simulaneo concursu eundem effectum operantur, cui vniquam dubium esse potuit, propria & ab omnibus usitata phrasi, eis inuicem cooperari; præsertim si vna dicatur alteri cooperari quidam & illa vicissim?

G 2

Aliquid

Aliquid nostrum est in bono opere, ex eo quæ laudis
aliquid in nos redundat.

HILAR. in *Matth.* 7. v. 28. De nostro igitur est beata illa æternitas promerenda, præstandum-
que est aliquid de proprio, vt bonum velimus, malum omne vitemus.

GREGOR. NAZIAN. *orat.* 21. paulo post initium. Quod etiam ipsum singularis, & eximie Dei
bonitatis argumentum est; vt nostra quoque aliqua ex parte sit virtus, nec natura tantum nobis
inferatur, sed voluntate etiam animique proposito excolatur, arbitriique libertate, patem
in vtramque partem motum habente.

AVGUST. *lib.* 1. ad *Simpl.* q. 2. Vt velimus & suum voluit esse, & nostrum; suum vocando,
nostrum sequendo.

IDEM. I. *Retract.* cap. 23. Vtrumque (*credere & operari*) nostrum est propter arbitrium volun-
tatis; & vtrumque tamen datum, per spiritum fidei & charitatis . . . & eadem regulâ, & vtrum-
que ipsius est; quia ipse præparat voluntatem, & vtrumque nostrum; quia non fit nisi volenti-
bus nobis.

PROSPER. *lib.* 2. de *vocat. Gent.* cap. 8. Datur (*gratia*) ante vllum laborem, vnde quique mer-
cedem accipiat secundum suum laborem.

ISIDOR. 2. *sent.* cap. 5. Sciendum quod & nostra sit iustitia in his, quæ rectè agimus.

PAVLIN. *Epist.* 2. ad *Seuer.* Quæ igitur nobis gratia, si in alieno tantum fideles fuerimus, nisi
de proprio seruiamus, id est de libero voluntatis arbitrio.

BEDA *Lib. variar. Quæst.* q. 13. Deus bona sua promittit, vt tamen labore nostro acqui-
rantur.

BERNARD. de *interiore domo.* Nostræ potestatis, & ignauia est vt labamur, sollicitudinis ve-
rò nostræ, & cælestis pariter adiutorij ne labamur.

*Si nostra virtus est, & iustitia, si nostra bona merita, si de proprio seruiamus, si nostri laboris, ac sollicitudinis
gratia cooperari, merito contra Caluinum sensere hæretici Catholici Doctores, primus partes tribuente; De
adiutorio, aliquid etiam laudis ex bono opere in nos redundare, neque hoc impietatis est, vt cum Caluino
imaginatur Lansseuius, sed religiose gratitudinis.*

ARTICVLVS XI.

De libertate.

- I. An libertas requirat indifferentiam libertatis in vtramque partem.
- II. An sola coactio, aut violentia repugnet libertati.
- III. Quis status libertatis in Beatissimis, damnatis, ac homine viatore.

IANSENIVS.

THEOLOGI SOCIET.

a Tom. 3.
lib. 6. cap. 6.
col. 634.

b ibid. cap.
3. col. 625.

c ibid. col.
626.

I. a **O**Mnis omnino voluntas, quan-
tumcumque ad vnum determi-
nata, nullâ tali necessitate, quâ dicitur ne-
cesse esse, vt velit, desinit esse libera. b Vo-
luntas enim seu volitio, & libera volitio
idem sunt, sicut velle, & libere velle, &
impossibile est, vt velle non sit liberum.
c Quare disputatio Augustini contra
Ciceronem suscepta, qui liberorum præ-
scientiam Deo denegabat, frivola, &
inanis est, si voluntas esse possit, qua non
sit libera.

I. **O**Mnis voluntas ex vi actus pri-
mi determinata ad vnum, sic
vt habeat necessitatem operandi, eo
ipso desinit esse libera, ea libertate,
quam Scriptura, Concilia, Patres
& ratione naturali duce Theologi
ad meritum, aut demeritum requi-
runt. Etsi enim fateantur omnes,
quemuis voluntatis actum esse libe-
rum libertate oppositâ violentiæ,
vel coactioni, non tamen eâ liberta-
te, quæ laudem, vel vituperium pa-
rit; & de qua sola contenditur cum

II. Re-
hæreticis, & quam agnouere gentiles, contra quos efficaciter probat Au-
gustinus dari præscientiam actuum futurorum; qui etsi præuisi, liberi
maneant, eò quod eo modo omnia præscientur esse futura, quo futura
sunt: cui nihil derogat dari aliquem actum voluntatis non liberum. II. Ex

Iansenius.

Theologi Societatis.

II. a Recentiores, qui imaginantur illum tantummodo actum esse in libero voluntatis arbitrio, quem pro libito, positus omnibus ad agendum necessariis, possunt facere & non facere, sine dubitatione falluntur. b Paradoxum est enim in Augustini doctrina inauditum, quod actus aliquis voluntatis propterea liber est, quia ab illo desistere voluntas, & non agere possit. c Nec est umbra vlla in omnibus scriptis eius, quod libertatem in eo maiorem fieri velit, quod voluntas possit eligere vel non eligere, hoc eligere vel illud bonum. d Nec Augustinus unquam ad istas de libera voluntate conceptiones respexit, quando gratiam cum libero arbitrio conciliando, dicit eam idcirco non tollere liberum arbitrium, quia non facit, ut id inuitum cogatur ad bonum; sed ut etiam ipsum velit, & agat. e Similiter ille libertatis cum gratia concilianda modus, sub nomine libertatis indifferents, priscis gratia defensoribus ignotus, contemptusq. fuit.

III. a Et sanè, si non est alia libertas vera voluntatis, quam agendi, & non agendi, grauissima absurda euitari nequeunt, quibus tota doctrina Augustini funditus concutitur, & sensus Christiane pietatis laeditur. Sequitur enim operationem gratia diametraliter repugnare philosophica libertati, seu indifferentia libertatis: quia illam extrahit ab indifferentia agendi, eamq. determinatè facit agere vel non agere, velle vel non velle. b atque ita quidem, ut iam nullo modo in voluntatis relinquatur arbitrio, ut eam deserat, aut arripiat, si voluerit: sed illa

II. Ex thesi nostra prima consequens est, eum solum actum esse liberum, quem voluntas positus omnibus ad agendum requisitis efficere, vel non efficere possit. Ex mente enim Scripturarum ac Conciliorum, Patres, tam Græci, quam Latini, à primo Ecclesiæ exordio per omnia sæcula, atque imprimis Augustinus eiusque discipuli indifferentiam voluntatis ad vtrumlibet, expeditam vinculo necessitatis antecedentis, ita agnouere; ut fateantur vitam nobis datam esse, cui vis illata non fit, aut imposta necessitas ad operandum; in manu nostrâ esse eligere, vel non eligere; parere, & non parere Deo vocanti; quocumque voluntatem inflectere; quin & collatam gratiam à nobis negligi; illique impulsui sine peccato cedi, cui resisti non potest. Unde etiam Augustinus, dum gratiam cum libertate conciliat, eò recurrit, quòd ideò liberè fiat opus, quia non ex necessitate procedit actio. Propter quæ omnia iam ab anno 1226. erroribus accenauerunt Parisienses: Voluntatem necessitari ad operandum. Insolens ergo est, Iansenium hic ad eò præfidenter loqui, & obtorto collo trahere Patres, ac Scholasticos in sententiam negantium eam indifferentiam voluntatis, quam disertè profitentur.

III. Si eam, quam cum reliquis Patribus Augustinus tueretur, libertatem agnouisset Iansenius ad meritum, ac demeritum requiri; non aliam sibi finxisset, hæreticorum principiis conformem; nec ea maxime aliena à veritate, Catholico sensu, ac Augustini esse dixisset, quæ Concilia, ac Patres velut probatissimam doctrinam, omnibus inculcant. Gratiam verò sic dari, ut nullo modo in voluntatis relinquatur arbitrio, cum suis quoque affectibus ingeminat Calvinus: sed contra eum definit

a Lib. 1. Retraç. c. 22. & lib. de nat. & grat. cap. 65. & in P. 134.

a lib. 2. Inst. c. 2. §. 10.

Iansenius.

Theologi Societatis.

illa sit potius ipsa postrema gratia, que innictissime facit, ut voluntas velit, & ab ea non deferatur.

nit Trident. b Tangente Deo cor hominis inspirationem illam recipiens, abicere potest; ut & indifferentiam voluntatis commendat, & necessitatem excludat. Quare secundum hæc facultatem quidem supernaturaliter operandi adfert gratia; atque hominem ad hoc impellit; indifferentiam tamen reperit in voluntate, quam non evertit.

a 20. 3. lib. 6. cap. 12. col. 658. b ibid. c. 6. col. 632. c ibid. col. 628. & col. 635. d ibid. lib. 8. cap. 19. col. 869.

IV. a Nihil aliud libero generaliter repugnat, quam necessitatis illius prementis cogentisq; violentia. b Non verò necessitas voluntaria; quâ scilicet simpliciter necesse est aliquid fieri. c Hinc sola necessitas coactionis adimit libertatem, non necessitas simplex. d Hinc nulla gratie efficaciam, nulla necessitas actibus nostris liberis formidanda est, sed sola vis coactionis, & necessitas violentie. Reliquam verò quamcumq; & quantamcumq; necessitatem cur timeamus, ne nobis libertatem auferat voluntatis?

IV. Non solam violentiam, aut cogentis necessitatis vim repugnare libertati, aperte arguitur ex eo, quod hæreticos negantes pertinaciter libertatem, condemnet Ecclesia; qui tamen diserte fatentur actus nostros esse spontaneos, ac liberos libertate eâ, quæ opponitur coactioni. Certè VVicleffita apud VValdenses b, Caluinus non vno loco, eiusque affecta; Lutherus item teste Bucero d solam libertatem oppositam necessitati negant, & potestatem agendi & non agendi pro arbitrio oppugnant. Vnde qui nullam gratie efficaciam, nul-

lam quantumcumque magnam necessitatem, actibus nostris liberis formidandam putant, sed solam coactionem; videant in quo secundum rem à Sectariis recedant. Sed hic me tacente loquatur S Thomas e: Hec opinio, quâ quidam dicunt voluntatem hominis ex necessitate moveri ad eligendum, nec tamen cogi, est heretica: tollit enim rationem meriti ac demeriti, subvertit omnia principia philosophia moralis. Si enim ex necessitate mouemur ad volendum, tollitur deliberatio, exhortatio, & præceptum, & laus, & vituperium.

a Tom. 3. lib. 3. cap. 10. col. 778. b ibid. lib. 6. cap. 8. col. 644. c ibid. cap. 10. col. 633. d ibid. lib. 7. cap. 11. col. 783.

V. a Varius est liberi arbitrij status. In beatis voluntas eò magis est libera, quò magis peccare non potest. b Per illam autem intelligo eam que est stabilis, perpetua, ac immutabilis volitio non deficienti ex amore Dei. c Cum enim nulla voluntas sit in eis promptior, ardentior, stabilior, immutabilior, ex pleniori iudicio & circumstantiarum consideratione perfecta; necesse est eam esse maximè liberam. d E contra demones perfectissime liberi à iustitiâ, sermone, peccati, amiserunt peni-

V. Etsi admittenda in Beatis perfectissima libertas, quæ sit immunitas perfecta à peccato; nulla tamen in illis datur libertas quoad dominium actus, circa ardentem eorum amorem in Deum, & voluntatem non peccandi. Vt enim in Beatis non datur libertas ad peccandum, quia necesse est ob determinationem potentia ad oppositum abesse peccatum; ita quia necesse est simpliciter ab illis poni amorem ex determinatione

Iansenius.

Theologi Societatis.

penitus libertatem ad bonum, & eandem tamen perfectissimè libertate.

VI. a Cum arbitrio in utramque partem libero & flexibili conditus est primus homo; sed ex spontanea discretionem illa æquabilis libertatis indifferentia perit: & ita quidem ad bonum morale faciendum; ut ante gratiam proprie dicta, non sit liberum à peccando abstinere; sed quocumque se verterit homo, hic & nunc in singulis actibus, quoadam humanis viribus insolubili peccandi necessitate teneatur. Itaque libertas ad faciendum bonum, & ad abstinendum à malo interit; & loco libertatis, peccandi necessitas consecuta est. Voluntas enim concupiscentie imperio, & ponderi ita indefinenter seruit, eodem planè modo, quo voluntas Beatorum in omnibus omnino motibus seruit diuine caritati.

Consonant hæretici nostri temporis.

CALVINUS in Antid. sess. 6. ad can. 5. Idem lib. 2. instit. cap. 2. §. 7. & cap. 3. §. 5. & lib. 1. cap. 15. §. 8. IDEM de libero arbitrio contra Pighium lib. 2. LUTHERUS in Psalmos in resolutione circa concl. 7. IDEM Tomo 3. de sermo arbitrio. IDEM in Genes. cap. 3. MELANCTHON in locis Theologicis VVittenberge editis de viribus hominis & libero arb. CHAMIERVS Tomo 3. lib. 2. cap. 8. n. 21. & lib. 2. cap. 4. n. 2. VVICLEFISTÆ apud VValdensem lib. 1. doctrinalis fidei cap. 23. BVCERVS lib. de concordia doctrine, in eundem sensum explicat Lutherum apud Bellarminum lib. de gratia & libero arb. cap. 4.

tionem potentia, & rectam voluntatem, non datur respectu horum actuum libertas. Simili ex capite, quia dæmones ex vi tormentorum ac miseriarum moralem incurrunt necessitatem peccandi; repugnat, ut illi perfectissimam retineant libertatem ad malum.

VI. Si ea, quæ fuit in Adamo, arbitrij flexibilitas in utramque partem, in nos transfusa non est, saltem imminuta, ut ex vi illius sit potestas in differens ad agendum, & non agendum; extinctam prorsus, corruptamque naturam, ac penitus omnem sublatam esse libertatem necesse est; prout contendit Calvinus, Lutherus, Bucerus aliique Sæctarij. Quid enim amplius ad hoc, ut illa penitus sublata sit exigitur, quam sequentia: 1. Ut nulla sit indifferentia ad agendum bonum. 2. Ut ad id opus sit gratiæ necessitante. 3. Ut eâ reposita, sit inuitabilis necessitas peccandi, quocumque se homo verterit. 4. Ut iam voluntas concupiscentiæ imperio seruiat, eodem planè modo, quo voluntas Beatorum in omnibus motibus seruit diuinæ caritati. Denique ut non suppetat medium antiquam arbitrij flexibilitatem obtinendi. Quæ omnia cum admittat Iansenius non apparet, quomodo in nobis dari liberum arbitrium concedat.

SCRIPTURÆ

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

GENESIS 4. v. 7. Nonne si bene egeris, recipies: sin autem malè, sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.

Quasi Deus dicat (ait Hieronymus) moneo ut peccatum non tibi, sed tu peccato domineris: poterat ergo Cain pro arbitrio dominari, vel seruire.

NUM. 30. v. 14. Si (mulier) vouerit, in arbitrio viri erit, siue faciat, siue non faciat.

Quomodo permittit Deus, ut pro arbitrio vir coniugis vota irritet, si non in utramvis partem indifferentem habet voluntatem?

DEUTER. 30. v. 19. Testes inuoco cælum, & terram, quod proposuerim vobis vitam, & mortem... Elige ergo vitam, ut & tu viuas.

Hinc probat Cyprianus lib. 3. ad Quirin. cap. 52. Credendi, vel non credendi, libertatem in arbitrio positam esse.

IOSUE 24. v. 15. Optio vobis datur: eligite hodie, quod placet, cui seruite potissimum debeatis.

ECCLÈ-

ECCLESIASTICI 15. v. 16. Si volueris mandata seruare, conferuabunt te . . . ad quod volueris, porrige manum tuam.

Posteros Adæ alloquitur, quibus indifferentem in vtramuis partem voluntatem datam esse ostendit exemplo primi parentis, ac vitam à libera electione pendere.

IBIDEM 31. v. 1. Qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit.
ZACHAR. II. v. 12. Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam; & si non, quiescite.

Vbi Hieronymus: Si placet seruate precepta, si non placet, aperit remittit.

2. MACHAB. 6. v. 30. Tu scis, quia cum à morte possem liberari, duos corporis sustinco dolores; secundum animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior.

MATT. 19. v. 21. Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & veni sequere me.

I. Corin. 7. v. 31. Qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, &c.

Necessitati Apostolus potestatem voluntatis opponit, ut quod vult, faciat: Non habet ergo illa determinationem ad vnam partem.

CONCILIA

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

ARAVSICANVM II. can. 25. Hoc secundum fidem catholicam credimus, quòd accepta per baptismum gratia . . . omnes, quæ ad salutem pertinent, possint & debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere.

Frustra adicitur si voluerint, si non flexibilis est in vtramuis partem voluntas.

CONSTANTIENSE sess. 8. damnat art. 27. Wiclefi, quo is dicebat: Omnia de necessitate absoluta euenire.

Sensum articuli huius damnati tradit VValdensis, lib. 1. doctrin. fidei cap. 23. & 24. dum ait VViclefianus dicere: Deus non necessitat necessitate conditionis ad bonum, quia illa sola tollit arbitrii dignitatem, non autem alia necessitas.

CONCILIVM SENONENSE in decretis fidei decreto 15. Cùm reliquerit Deus hominem in manu consilij sui, apposueritque coram eo ignem & aquam, bonum & malum: ut ad quodcumque voluerit, porrigat manum suam: nec abs re beatus ille dicatur, qui potuit transgredi & non est transgressus, & facere mala & non fecit; quòd sub eo sit appetitus eius & dominetur illius: ac denique percurrenti S. Scripturam passim obuium sit, quòd liberum vtramuis in partem hominis arbitrium asseueret &c.

TRIDENTINVM sess. 6. cap. 6. Tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem . . . inspirationem recipiens illam abicere potest.

IDEM can. 4. Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum . . . Deo excitanti atque vocanti non posse dissentire si velit, . . . Anathema sit.

PIVS V. ET GREG. XIII. damnant has propositiones cuiusdam Theologi:

Quod voluntarie fit, etsi necessarium fiat, liberè tamen fit.

Et: Sola violentia repugnat libertati hominis naturali.

ENCHIRID. SYNODI COLONIEN. de Sacramento penitentiae. Sole lucente libera est intuitio, hominiquè liberum est oculos claudere, ne solis lumen admittat, aut aperire, ut recipiat: haud secus impio liberum est præueniente se diuinæ illuminationis gratiâ à peccato resurgendi eam accipere, vel non accipere, Deo præuenienti, & per bonum cogitatum ad penitentiam excitanti, dare vel negare consensum, velle vel nolle penitere.

SS. PATRES

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

CLEMENS ROMANVS epist. 3. Si quis audiens sermonem veri Prophetae, velit recipere, aut nolit amplecti Onus eius; habet in sua potestate: liberi enim sumus arbitrij . . .

Quia liberum est animo, in quam velit partem inclinare iudicium suum, & quam probauerit eligere viam. Constat euidenter inesse hominibus arbitrij libertatem.

IDEM lib. 3. Recognit. Dic quomodo Deus iudicat secundum veritatem vnumquemque pro actibus suis, si aliquid agere in potestate non habet? Indices frustra legibus præstant, & puniunt eos, qui male agunt: non enim in sua potestate habuerunt, ut non peccarent.

IDEM *Apostolic. Constitut. lib. 6. cap. 20.* Non imposuit necessitatem; sed potestati vitæ liberae permittit.

Videm hic excludi necessitatem omnem à libertate.
IGNATIUS *epist. ad Magnefianos.* Quandoquidem actiones ipsæ sua habent præmia; & obedientiæ proponitur vita, mors autem inobedienciæ; & singuli, qui aut hoc, aut illud elegerunt, in eius quod elegerunt, locum abituri sunt; fugiamus mortem, & eligamus vitam. Si quis pietati studet, Dei homo est; si impiè agit, diaboli est; non id factus per naturam, sed per animi arbitrium.

DIONYS. *AREOPAG. lib. de diuinis nom. cap. 4. p. 4.* Dixerit verò quispiam infirmitatem supplicium non mereri, sed veniam: si igitur non licuisset obfistere, rectè forsan esset obiectum; sin autem ex ipso bono vires suppeditantur, non est ignoscendum, si quis per ignauiam ab ipso propriorum bonorum habitu diuinitis procedente aberrauerit.

Idem non ignoscendum, quia non est necessitas ad aberrandum: si enim est necessitas, quomodo licet obfistere infirmitati?

IUSTINVS *Apolog. ad imperat. Antonin.* Nisi libero arbitrio genus humanum, & res turpes fugere potest, & pulcras ac bonas sequi; extra causam, culpamque est eorum, quæ quoquo modo aguntur: sed ipsum libero arbitrio, liberamque voluntate, & rectè facere, & peccare docemus. . . . Neque ille remuneratione, aut laude dignus esset, si per se ipsum bonum non eligeret.

IDEM *Apolog. ad Senatorem.* Neque quidquam horum laude dignum esset, nisi illi vtramque in partem conuertere, & quasi flectere se possent.

ATHENAGORAS *in Apolog. ad imperat. Antonin.* Liberi arbitrij in ipsis quoque (*Angelis*) in vtramque partem constituerat Deus; sicut & in hominibus liberam & prauitatis, & virtutis deligendæ potestatem habentibus cernere est.

IRENÆVS *lib. 4. aduersus hæreses cap. 9.* Homo rationalis, & secundum hoc similis Deo, liber in arbitrio factus, & suæ potestatis; ipse sibi causa est, vt aliquando quidem frumentum, aliquando autem palea fiat. Quapropter iustè condemnabitur.

IDEM *ibid. cap. 71. hunc titulum præfixit.* Ostensio quòd homo liber sit, & suæ potestatis, ad hoc quòd possit eligere bona, vel contraria. *Caput concludit his verbis:* Qui operantur illud (*bonum*) gloriam & honorem percipient, quoniam operati sunt bonum, cum possent non operari illud. Hi autem qui illud non operantur, iudicium iustum recipient Dei; quoniam non operati sunt bonum, cum possent operari illud.

IDEM *ibid. cap. 72.* Sed quoniam omnes eiusdem sunt naturæ, & potentes retinere, & operari bonum; & potentes rursus amittere, id est non facere, iustè laudantur, & dignum percipiunt testimonium electionis bonæ, & perseuerantiæ. Alij verò accusantur, & dignum percipiunt damnium, eò quòd iustum & bonum reprobauerint.

TERTYLL. *exhortat. ad castit. c. 1.* Itaque cum vtrumque ex præceptis eius didicerimus, quid velit, & quid nolit, iam nobis est voluntas eligendi alterum, sicut scriptum est: Ecce posui ante te bonum, & malum.

IDEM *lib. 2. contra Marcion. cap. 4. & 5.* Adscripta est homini quasi libripens emancipati à Deo boni libertas, & potestas arbitrij &c. Tota ergo libertas arbitrij in vtramque partem concessa est illi, vt sui dominus constanter occurreret, & bono sponte seruando, & malo sponte vitando. . . . Ceterum nec boni, nec mali merces iure pensarentur ei, qui aut bonus, aut malus necessitate fuisset inuentus, non voluntate.

CLEMENS ALEXAND. *lib. 2. Strom.* Nos autem liberam, & absolutam potestate eligere, & vitare, à Domino datum esse hominibus, à Scripturis accepimus.

IDEM *lib. 1. Strom.* Liberari à mala, & delectabili electione, & ante omnia non assentiri fallacibus phantasiis & visis, situm est in nostra potestate.

ORIGENES *homil. 4. in Cant.* Per arbitrij libertatem possibile est vnumquemque ex parte alterius transire, vel ad partem Dei, si melius ipso iuuante elegerit; vel si nequius, ad dæmonum portionem.

IDEM *homil. 20. in Num.* Sui arbitrij est anima, & in quam voluerit partem, est ei liberum declinare.

IDEM *lib. 3. Periarth. cap. 1.* Iudicij credulitas prouocat homines, & suadet ad bene beateque viuendum, & in omni genere fugere peccatum. Per hoc sine dubio indicatur, quòd in nostra sit positum potestate vel laudabili nos vitæ, vel culpabili degere.

CYRILLVS *lib. 3. ad Quirinum cap. 1. n. 32. hunc titulum præfixit:* Credendi vel non credendi libertatem in arbitrio positam ex Deuter. Ecce dedi ante faciem tuam vitam, & mortem, bonum & malum: elige vitam tibi, vt viuas.

IDEM *serm. de Natuit.* In alterutrum potest libertas arbitrij flectere.

H

METHO-

METHODIUS *serm. de Resurrect.* In nobis situm est credere, & non credere; in nobis rectè facere, & peccare; in nobis bene facere, & malè facere.

LACTANTIUS *lib. 4. diuin. instr. cap. 24.* Qui dat præcepta viuendi, amputare debet excusationum vias, vt imponat hominibus parendi necessitatem, non aliquà vi, sed pudore, & tætere, si vellent; & non parentibus pœna, quia poterant parere, si vellent.

Quis non videat mille pandi excusationum vias, si voluntas determinata est ad vnum?

ATHANASIVS *homil. de semete.* Cùm vtroneus sit hominum motus, & sui arbitrij mens, in te situm est, vel sine temetipsum lolium fieri, & pabulum brutorum animalium; an potius in frumentum mutari.

IDEM *contra Idola:* Anima libera est, & sui arbitrij: potest enim vt ad bona se inclinare, ita bona quoque auertere. Quæ cùm liberum sui ius arbitriumque inuenit; sentit se in vtramque partem corporeis membris vti posse, tum ad ea quæ sunt, tum ad ea quæ non sunt. Ea verò, quæ sunt, bona appello, ea quæ non sunt, mala.

HILARIUS *in illud Psal. 2. Tunc loquetur ad eos in ira sua.* Vnicuique nostrum libertatem vitæ, sensumque permittit, non necessitate in alterutrum affigens.

IDEM *in Psal. 118. litt. T.* Vnicuique ad id quod vult, via est proposita viuendi, & appetendi, atque agendi permissa libertas: & ob id vnicuiusque aut pœnâ, aut præmiis afficitur electio.

OPTAVS MILEVITANVS *lib. 7. contra Parmen.* Homicida scelus dum nemo cogit, potest & facere, potest & non facere: adulterium mœchus dum deforis nemo compellit, potest admittere, potest & non admittere.

CYRILLVS IEROSOLYMITAN. *Cat. 4. titul. de statu hominis:* Subiicit tibi (*diabolus*) scortationis cogitationes; si vis probas, si nolis, improbas.

EPHREM SYRVS *serm. de vita relig.* Voluntas cùm libera sit, ac sui iuris, tamquam agricola quidam est naturæ nostræ consuetudines prauas inferens, & bonas; sicut ipsa voluerit.

BASILIVS *in Psal. 61. v. Mendaces filij:* Corporea pondera libræ momentis explorantis, quæ verò in vita eligenda sunt libero arbitrio (*τῷ ἀρεξυσίῳ*) discernimus, quod & statim vocauit, eò quòd æqualem nutum (*ἰσοπῆν*) in vtramlibet partem capere possit.

IDEM *in Orat. quòd Deus non sit auctor malorum:* Virtus ex voluntate, non ex necessitate sit: voluntas verò ex his, quæ in nobis sunt dependet, in nobis autem est liberum arbitrium.

IDEM *ibid.* Soluta (*anima*) omni necessitate; & vitam in sua potestate constitutam ex Deo accipiens, potestatem habet, & facultatem in boni contemplatione, & spiritualium fruitione inueniendi, habet autem & à bono desectendi facultatem.

GREG. NAZIAN. *Apologet. orat. 1.* Summæ ac singularis Dei bonitatis argumentum est, facere vt virtus nostra quoque aliqua ex parte sit, nec natura tantum nobis inferatur, sed etiam per voluntatem liberique arbitrij in vtramque partem agitationes, excolatur.

IDEM *Lambico 15.* Quo volo moueri, liberum arbitrium voco.

EPIPHAN. *in Hæresi Pharis. qua est 16.* Propterea quòd possit peccare, & non peccare ab aliis peccatorum supplicia sumantur, alius verò laudem referat rectè factorum.

IDEM *heresi 64.* Spontaneam ad vtraque voluntatem Deus hominibus perinde, vt Angelis, constituit; vt aut obediens verbo essent, cum ipso acciperent beatitudinem; aut non obediens indicarentur.

AMBR OSIUS *lib. 1. de vita beata cap. 1.* Non seruilis ad obediendum constringimur necessitate; sed voluntate arbitrà, siue ad virtutem propendemus, siue ad culpam inclinamur: & ideo nos aut liber affectus ad errorem trahit, aut voluntas reuocat rationem secuta.

IDEM *Psal. 40.* Homini dedi eligendi arbitrium, quod sequatur: Posui, inquit, ante te bonum & malum: si malum elegeris, non natura delinquit, sed eligentis affectus.

GREG. NYSSENSVS *orat. catech. cap. 30.* Qui in vniuersitatem liberam habet potestatem, propter summum in homines honorem: dimisit etiam aliquid in nostra potestate, cuius vnicuiusque nostrum solus est dominus: hoc autem est liberi arbitrij libera electio, quæ subici nequit, & sui iuris est.

IDEM *lib. 7. de Philosoph. c. 2.* Concupiscere & non concupiscere, mentiri & non mentiri, & quæcumque talia in quibus consistunt virtutis & vitij opera, hæc sunt nostro libera arbitrio.

IDEM *lib. eodem, cap. 1.* Si nullius actionis ita est principium homo, vt in ipsius potestate sit, eam facere aut non facere; ex superfluo habet, vnde consulat. Ad quid enim vti vti consulat, nullius existens actionis dominus?

IDEM *ibid. cap. 3.* Qui consulat, quasi in eius potestate existente electione, de operabilibus consulat, vt quod per consilium decernitur, eligat, & eligens faciat. Necessè est igitur eum qui consulat, esse dominum actionum.

PHILASTRIUS *heresi 80.* De eo quod dictum est Cain: Tu dominaberis &c. Dominaberis cogitationi tuæ mala, ut cuiusque hominis arbitrio, & voluntate, aut proiciat de corde suo malam cogitationem immittam à diabolo, aut non proiciendo crimen incurrat perpetuum.

HERONYMUS *epist. 147.* Dedit eis liberum arbitrium, dedit mentis propriae libertatem; & ut videret vnusquisque, non ex imperio Dei; sed ex obsequio suo, id est, non ex necessitate, sed ex voluntate; ut virtus haberet locum.

IDEM *Epist. 8. ad Demetriad.* Si vis, inquit, esse perfectus, non cogo, non impero; sed propono palmam, ostendo præmia: tuum est eligere, si volueris in agone atque certamine coronari.

IDEM *Dial. 3. contra Pelag.* Atticus personam Catholici sustinens, Critobulum Pelagianum sic affatur: Hoc est quod tibi in principio dixeram, in nostra esse positum potestate, vel peccare vel non peccare; vel ad bonum, vel ad malum extendere manum, ut liberum seruetur arbitrium.

IDEM *epist. 146. ad Damas.* Solus Deus est, in quem peccatum non cadit: cetera enim cum sint liberi arbitrij, in vtramque partem, suam possunt flectere voluntatem.

IDEM *lib. 2. contra Iovin. cap. 2.* Liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia necessitate trahimur. Alioquin vbi necessitas est; nec damnatio, nec corona est.

Non ait: vbi coactio; sed vbi necessitas est.

IDEM *in cap. 1. Abdia.* Significatur quod anima in medullis vitiatorum atque virtutum posita sit; ut possit in vtramque partem per horarum momenta conuerti.

IDEM *in 1. Malach.* Dominus respondit Esau & Iacob, &c. Hoc est vitia, atque virtutes, ex vno cordis fonte procedere, dum ex arbitrij libertate in vtramque partem, ut volumus, declinamus.

IDEM *in cap. Isa. 55.* Denique inferitur: Aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos. Ex quo perspicuum est, vnumquemque propria voluntate facere animæ suæ bonam & malam arborem, cuius fructus varij sunt.

THEOPHILVS ALEXAND. *epist. 3. passim.* Neque ambigitur, quin in vtramque partem, vel faciendi, vel non faciendi bona, habeamus liberam voluntatem.

CHRYSOSTOMVS *homil. 22. in Gen. 5.* Nonne manifestum est, suam quemuis voluntate, vel virtutem, vel malitiam eligere? Nam nisi ita esset, & naturæ nostræ prauitas insita esset; neque illos puniti, neque istos virtutum retributiones accipere oportebat. Verum quia in nostra voluntate totum post gratiam Dei relictum est, ideo & peccantibus supplicia propofita sunt, & bene operantibus retributiones.

IDEM *serm. in illud Isa. Si volueritis & audieritis, &c.* Si velle aut nolle nostrum non esset; hoc est, si viuendi rectè, an secus libertas adempta nobis fuisset; nec bonus vnquam caeleste munus dignè perciperet, nec malus supplicium competens inueniret.

IDEM *hom. 2. de Lazar.* Perspicuum est, quod in nobis situm est, ut vel obtemperemus, vel non obtemperemus diaboli insidiis; neque vllam necessitatem patimur ab illo.

IDEM *hom. 19. in Gen.* Ait peccatori nullas admonitiones prodesse; non quia non potest; sed quia non vult. Non enim sicut in corporalibus vulneribus videri solet, ita & in voluntate est. . . . Necessitatem vtique non imponit, sed congruis medijs totum facere in ægrotantis sententia dimittit.

AVGVST. *lib. de spirit. & lit. cap. 34.* Consentire vocationi Dei, vel ab ea dissentire, propriae voluntatis est.

IDEM *lib. 2. de gestis cum Felice Manich. cap. 4.* Habet vnusquisque in voluntate, aut eligere quæ bona sunt, & esse arbor bona; aut eligere quæ mala sunt, & esse arbor mala. . . . Hoc ergo Dominus dicens: aut facite illud, ostendit esse in potestate, quod facerent, & quia si bonum eligerent, præmium illius acciperent; si malum eligerent, poenam illius sentirent.

IDEM *de libero arbit. cap. 18. lib. 3.* Ista causa est voluntatis, si non ei potest resisti, sine peccato ei ceditur: si autem potest, non ei ceditur, & non peccabitur.

IDEM *lib. 83. quest. 9. 24.* Nec peccatum, nec rectè factum imputare cuiquam iuste potest, qui nihil fecerit propria voluntate. Est igitur peccatum, & rectè factum, in libero voluntatis arbitrio.

IDEM *lib. 50. homil. hom. 16.* In tuo arbitrio Deus posuit, cui pares locum; Deo, an diabolo.

IDEM *de ciuit. Dei lib. 12. cap. 6.* Si eadem tentatione ambo tententur (*proponit duos equaliter animâ & corpore affectos*) & vnus ei cedat, atque consentiat; alter idem qui fuerat perseveret: quid aliud apparet, nisi vnum voluisse, alterum noluisse à castitate deficere?

IDEM *lib. 3. de liber. arb. cap. 1.* Si naturâ vel necessitate iste motus existit; culpabilis esse nullo pacto potest. . . .

IDEM *lib. de vera relig. cap. 14.* Quoniam peccari non dubium est, nec hoc quidem dubitandum video, habere animas, liberum voluntatis arbitrium: tales enim seruos suos meliores esse necessitate seruiunt.

Nulla ergo liberalitas in seruiendo, adeoq; nec libertas, vbi plena necessitas.

IDEM *de libero arbit. lib. 3. cap. 1.* Motus quo huc aut illuc voluntas conuertitur, nisi esset voluntarius, atque in nostra positus potestate; neque laudandus cum ad superiora, neque culpandus homo esset cum ad inferiora detorquet quasi quemdam cardinem voluntatis: neque omnino monendus esset, vt istis neglectis æterna vellet adipisci, atque vt malè nollet vivere, vellet autem bene.

IDEM *lib. 3. de lib. arbit. cap. 18.* Quis peccet in eo, quod nullo modo cauere potest? peccatur autem, cauere igitur potest.

IDEM *de grat. & liber. arbit. cap. 2.* Si vuleris conseruabis mandata & fidem bonam placiti. Apponet tibi ignem & aquam, ad quodcumque vuleris extende manum tuam, in conspectu hominis, vita & mors, & quodcumque placuerit dabitur ei. . . . Tandem concludit: Nemo ergo Deum causetur in corde suo, sed quisquis sibi imputet cum peccat, neque cum aliquid secundum Deum operatur, alienet illud à propria voluntate.

PAVLINVS *epist. 8. ad Seuer.* Quæ ergo misero mihi suppetit venia peccati? agnouit bonum, & feci malum, cum æquè mihi liberum esset, bonum facere.

CYRILL. ALEXAND. *lib. 2. in Ioan. cap. 54.* Liberum hominis arbitrium, ad alterutrum, secundum animi sui iudicium, potest proficisci.

IDEM *ibid. lib. 4. cap. 3.* Liberum homo animal est, & potest sine dextrum, siue sinistrum vultu iter (*virtutem dico aut vitium*) eligere.

IDEM *ibid. lib. 9. cap. 10.* Rationali creaturæ liberam potestatem creator largitus est, & sine voluntatis habenas vnicuique commisit, vt in eo sit, quidquid probauerit, eligere.

PROSPER *lib. 2. de vocat. gentium cap. 12.* Certissimè nouerimus, nullum fidelium à Deo non discedentem relinquere; neque cuiusque ruinam ex diuina esse constitutione dispositam; sed multis, qui iam iudicio rationis vruntur, idèò liberum esse discedere, vt non discessisse sit præmium; & vt quod non potest nisi cooperante Spiritu Dei fieri, eorum meritis deputetur, quorum id potuit voluntate non fieri.

IDEM *ibid. cap. 28.* Qui (*Deus*) ad obediendum sibi, ipsum velle sic donat, vt etiam à perferatur illam mutabilitatem, quæ potest nolle, non auferat. . . . Alioqui nemo vquam fidelium recessisset à fide. . . . & collatam sibi gratiam nemo negligeret. Sed quia possumus hæc fieri. . . . numquam debet in auribus fidelium vox illa Domini non sonare: Vigilate, & orate.

IDEM *ad 6. cap. Gallorum:* Prædestinationem Dei, siue ad bonum, siue ad malum, in hominibus ineptissimè dicitur, vt ad vtrumque homines, quædam necessitas videatur impellere.

ENNOIDIUS TICINENSIS *epist. ad Constantium:* Inuentus est, qui arbitretur, in vna tantum parte, quæ deterior est, eligendi datam esse licentiam. O schismaticam propositionem! quæ iuxta Apocal. scriptas habet in fronte blasphemias. Quæ ista libertas est, vbi hoc solum datur velle quod puniat; aut quare electionem nominet, vbi vnam tantum partem asserit esse concessam? . . . Debemus gratiæ quod vocemur; quod occultis itineribus, nisi resistamus, sapor nobis vitalis infundatur: nostræ tamen electionis est, quod beneficia demonstrata seceamur.

Schismaticam propositionem vocat Ennodius hanc: In vna tantum parte, quæ deterior est, eligendi data est libertas. An non illi æquiualeat hæc Iansenij? Libertas ad faciendum bonum, & ad abstinendum à malo interit, & loco libertatis peccandi necessitas concessa est.

GREGOR. MAGNVS *lib. 33. Moral. cap. 20.* Idèò enim nequaquam cælestis patriæ præmia æterna percipiunt; quia ea, dum promereri poterant, ex libero arbitrio contempserunt.

BEDA *in Ioan. 6. in illud: Omnis qui audiuit à Patre, &c.* Quomodo trahit Pater? Nemo necessitate credit, sed voluntate.

IDEM *lib. variar. quæst. cap. 13.* Ita Deus nobis bona sua promittit, vt tamen labore nostro acquiritantur: quod si voluerimus, ad laborem in omnibus, quæ bene agemus, nobis cooperabitur.

DAMASCENVS *lib. 2. de fide cap. 30. docet.* Nec citra Dei opem atque auxilium fieri posse, vt bonum velimus, aut faciamus: ceterum nobis liberum esse, vel in virtute perstare, Deumque nos ad eam vocantem sequi, vel à virtute abscedere.

IDEM *ibid. cap. 26.* Consilium porrò ac deliberatio de his rebus suscipitur, quæ perque in vtramque partem contingere possunt. Perque autem contingens est, quod idem possumus & eius oppositum.

IDEM *ibid. cap. 27.* Potestatem habet refrænare appetitum, & ipsum sequi. . . . Merè arbitrij potestate, malitiæ inuentor effectus.

IDEM *dist. contra Manich.* Quod in potestate nostra situm est, nempe vt data bona conferuimus, vel facimus, vel negligimus.

RHABANVS MAVRVS *de vniuerso lib. 4. cap. 10.* Initium salutis nostræ, Deo miserante habemus, vt acquiescamus salutari inspirationi, nostræ potestatis: vt adipiscamur, quod ad acquiescendum admonitioni cupimus, diuini est muneris: vt non labamur adepto salutis munere, sollicitudinis nostræ est, & caelestis pariter adiutorij: vt labamur, potestatis nostræ est, & ignauiæ.

MARCVS EREMITA *lib. de lege spiritali num. 56.* Occultè nobis gratia auxiliari non desinit: in nobis autem situm est, pro virili bonum facere, aut non facere.

IDEM *lib. de Baptis.* Habemus facultatem inclinandi quòd libuerit, siue ad bonum, siue ad malum.

ANSELMVS *lib. de concordia prescientia & predestinationis cap. 3.* Concursum partialem liberi arbitrij, & vsum gratiæ, hac similitudine explicat: Velut cum aliquis nudo, cui nihil debet, & qui nullum à se potest indumentum habere, dat vestem: non tamen quamuis ipse habeat potestatem vtendi & non vtendi acceptâ veste, si eâ vtatur, imputandum est induto, quia indutus est, sed danti vestem.

IDEM *ibid. cap. 1.* Sola voluntas determinat ibi quod teneat, nec aliquid facit ius necessitatis, vbi operatur sola electio voluntatis.

THEOPHYLACTVS *in Ioan. c. 13. ad illa: Non de omnibus vobis, de Iuda sic loquitur.* Elegit quidem eum cum bonus esset, sicut Saul, sed mutatus est ipse liberi existens arbitrij: permittit autem vnicuique secundum quod vult operari.

OECCUMENIVS *1. Timot. 2. in illa: Deus vult omnes homines &c.* Si Deus vult, quare non fit quod vult: non fit, quia illi nolunt: nihil enim ex necessitate facit in nobis Deus.

EVTYMIVS *in 6. Ioan. ad illa: Vnus ex vobis diabolus est.* Nonne ego vos, inquit, duodecimi elegi: & tamen vnus ex vobis in nullo meâ adiutus electione, vt pote liberum habens arbitrium ad virtutem & vitium, diabolus est, siue diabolicus & diaboli minister. Significat itaque in voluntate ac electione hominis situm esse, vt saluetur, aut pereat.

BERNARDVS *in Cant. serm. 81.* Ex hac nempe inest illi inter bonum quidem & malum, nec non inter vitam & mortem, sed & nihil minus inter lucem & tenebras, & cognitio iudicij, & optio eligendi. . . . Vnde & liberum nominatur arbitrium, quòd liceat versari in his pro arbitrio voluntatis.

IDEM *de grat. & liber. arbit.* Est ratio data voluntati, vt instruat illam, non destruat: destrueret autem, si necessitatem ei vllam imponeret, quò minus liberè pro arbitrio se volueret, siue in malum consentiens appetitui, aut nequam spiritui, vt sit animalis non percipiens, vel certè & persequens ea, quæ sunt spiritus Dei: siue ad bonum, gratiam sequens. . . . Vbi quippe necessitas, iam non libertas.

Non ait Bernardus: Si necessitatem ei coactionis imponeres, sed, si vllam.

DD. SCHOLASTICI

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

THOMAS *in 2. dist. 25. art. 1. in corpore.* Iudicium de actione propria solummodo est in habentibus intellectum, quasi in potestate eorum constitutum sit, eligere hanc actionem vel illam; vnde & dominium sui actus habere dicuntur, & propter hoc in solis intellectum habentibus liberum arbitrium inuenitur; non autem in illis quorum actiones non determinantur ab ipsis agentibus.

IDEM *ibid. ad 3.* In libero arbitrio hoc modo agit Deus, vt virtutem agendi ministret, & ipso operante liberum arbitrium agat: sed tamen determinatio actionis, & finis in potestate liberi arbitrij constituitur. Vnde remanet sibi dominium sui actus.

IDEM *contra Gentes lib. 1. cap. 88.* Liberum arbitrium dicitur respectu eorum, quæ non necessitate quis vult.

IDEM *ibid. lib. 3. cap. 73.* Quod voluntas sit causa contingens ex ipsius perfectione prouenit: quia non habet virtutem limitatam ad vnum; sed habet in potestate producere hunc effectum vel illum: propter quod est contingens ad vtrumlibet.

IDEM *in qq. disputatis, q. 2. de pot. art. 3.* Voluntas in quantum voluntas est, cum sit libera, ad vtrumlibet se habet, agere & non agere, velle vel non velle: & si respectu alicuius voluntas sit determinata, hoc non est in quantum voluntas.

IDEM *Quodlib. 1. art. 7. ad 2.* Diuina motio à quibusdam participatur cum necessitate, à natura

ra autem rationali cum libertate: propter hoc quod virtus rationalis se habet ad oppositum. Et ideo sic Deus mouet mentem humanam ad bonum, quod tamen potest huic motioni resistere.

IDEM in *quest. disputat. q. de malo, q. 6. de electione*: Quidam posuerunt quod voluntas hominis ex necessitate mouetur ad aliquid eligendum, nec tamen ponebant, quod voluntas cogere- tur. Non enim omne necessarium est violentum. . . . Hæc autem opinio est hæretica. Tollit enim rationem meriti & demeriti. . . . Si enim nõ sit liberum aliquid in nobis, sed ex neces- sitate mouemur ad volendum, tollitur deliberatio, exhortatio, præceptum, & punitio, & laus, & vituperium.

Ob hæc ait S. Tho. non solum illam opinionem contrariari fidei, sed per eam subuerti etiam omnia principia phi- losophia moralis.

IDEM 1. p. q. 83. art. 3. in corp. Proprium liberi arbitrij est electio, ex hoc enim liberi arbitrij esse dicimur, quod possumus vnum recipere alio recutato, quod est eligere.

IDEM 1. 2. q. 9. art. 6. ad 3. Sine vniuersali motione homo non potest aliquid velle; sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc vel illud.

IDEM *ibid.* q. 19. art. 2. ad 1. Homo est dominus suorum actuum & volendi & non volendi, propter deliberationem rationis, quæ potest flecti vel ad vnã partem, vel ad aliam.

IDEM 1. 2. q. 10. art. 4. in corp. Quia voluntas est actuum principium non determinatum ad vnum, sed indifferenter se habens ad multa; sic Deus ipsam mouet, quod non ex necessitate ad vnum determinat, sed remanet motus eius contingens, non necessarius.

D. BONAVENT. in 2. dist. 25. p. 1. art. vnicò q. 1. Voluntatis etiam compefcit seipsam & refrænat, incipiens odire frequenter quod prius diligebat, & ex sui ipsius imperio & dominio. Quod dominium exponit *ibid.* q. 3. per hoc: Quod potentia potest esse in actu & cessare ab actu secundum suum imperium, & secundum proprium motum. Ad hoc autem quod aliqua potentia hoc dominium habeat necesse est, quod ipsa possit mouere se ipsam &c.

SCOTVS in 1. dist. 39. Actus primus (nempe voluntas) consideratus in illo instanti, in quo est prior naturaliter actu secundo (nempe volitione) ita ponit illum in esse, tanquam effectum suum contingentem, vt quatenus est prior naturã, possit æquè ponere aliud oppositum in esse.

IDEM in 3. dist. 18. Voluntatis in primo instanti, vt prior naturã suo actu, ita contingenter elicit actum, ac si per diem præcessisset actum.

IDEM in 3. dist. 18. §. ad aliud. Dico tamen pro nunc quod Angelus potuit peccare in primo instanti, & liberè & voluntariè, vt voluntas est prior naturã actu elicitò. . . Omnia ista poterant esse in Angelo in primo instanti, vt supra dictum est de meritis Christi, & æquè tenet de velle inordinato, sicut de ordinato.

IDEM in 2. dist. 37. quest. 2. §. Respondeo si Deus: Non est iustitia debita à voluntate creata, nempe dum peccat) nisi in quantum in potestate eius est rectè agere; ita quod nulla intelligitur sub- tractio causæ prioris, ob cuius defectum non possit voluntas rectè agere.

IDEM SENTIUNT: Horantius toto fere lib. 1. locor. Cathol.

Franciscus Dotalenius tract. de concursu Dei.

Cornelius Ianfenius Gandensium in Eccli. cap. 16.

Ockam in 1. dist. 38. q. vnicò. Gabriel in 1. dist. 38. q. vnicò art. 1. Et in 2. dist. 37. q. vnicò art. 1. & alibi sepe.

Franciscus Maironis in 2. dist. 25. Guilielmus de Rubione in 2. dist. 24. q. 1. art. 1. & 2. Nicolaus

de Orbellis in 1. dist. 39. art. 2. Et dist. 40. art. 2. Et in 2. dist. 37. circa medium. Ioannes Bacho in 1.

dist. 40. art. 2. & 4. Et in 2. dist. 26. art. 1. 3. 4.

Gregorius in 1. dist. 10. q. vnicò art. 2. Et in 2. dist. 25. q. vnicò.

Adam Goddam in 1. dist. 1. q. 6. art. 2. dub. 17. Et in 3. dist. 14. q. 3. dub. 3. Martilius in 2. q. 16. art. 2. & 3.

& 4. & 6. Et q. 22. art. 2. & alibi sepe.

Ioannes Maior in 1. dist. 1. q. 3. 4. 7. 19. Et in 2. dist. 25. per quatuor questiones.

Almainus tract. 1. moral. cap. 1. not. 1. & sequentibus.

Petrus de Aliaco in 1. q. 11. art. 1. Et q. 12. art. 3.

Franciscus à Victoria in relect. de peruenientibus ad vsum rationis. num. 4. 5.

Dominicus Soto lib. 1. de natura & gratia cap. 16.

Viguerius cap. 3. §. 3. vers. 1. Rossensis in art. 36. contra Lutherum. Contarenus Cardinalis in Epist. de

Prædest. Guilielmus Altiifiiodorensis lib. 2. summ. tract. 11. q. 2. Alexander 1. p. q. 26. mem. 4. art. 3.

• Et 1. p. q. 40. mem. 4. ad 3.

Waldensis lib. 1. doctrinalis fidei à cap. 21. vsque ad 30. Henricus à Gandauo quodlib. 12. q. 26. longè post

medium. Et q. 27. Et quodlib. 3. q. 17. prope medium. Et quodlib. 1. q. 16. inter medium & finem.

Durandus in 1. dist. 47. q. 1. num. 6. Et in 2. dist. 24. p. 1. q. 2. num. 12.

- Ricardus in 2. dist. 24. art. 1. q. 4. ad 3.
 Ioannes à Bononia De predest. fol. 58.
 Thomas ab Argentina in 2. dist. 25. art. 1. & 2.
 Vdalricus in summ. lib. 2. apud Carthusian 1. dist. 38. q. 2.
 Carthusianus in 1. dist. 38. q. 2. Et in 1. dist. 1. q. 6. ad 2. Et dist. 39. q. 2. Et in 2. dist. 24. q. 3. Et dist. 25. q. 1.
 Dionysius Cisterciensis in 2. dist. 25. q. 2. 3. Et dist. 1. art. 1. Et q. 2. art. 2.
 Hieron. de Hangeſto lib. 1. moral. cap. 1. & 6.
 Abulensis in Matt. 22. q. 229.
 Armacanus, toto fere lib. 16. de quest. Armen.
 Vincentius Belluacensis in speculo naturali tom. 1. lib. 29. cap. 65.
 Antoninus 1. p. tit. 4. cap. 2. §. 2. 3. 4. 7. Et cap. 3. §. 1.
 Reinertus Pifanus in Pantheol. verbo liberum arb. cap. 1. 2. 8. 10. 11.
 Capreolus in 1. dist. 1. q. 2. art. 1. concl. 5. Et q. 3. post concl. 3. Et in 2. dist. 24. q. vnica art. 3.
 Conradus 1. 2. q. 1. art. 2. & q. 6. art. 2. in corp. Et q. 75. art. 1. ad 2.
 Caietanus 1. p. q. 14. art. 13. Et q. 22. art. 4. Et q. 41. art. 2. Et 1. 2. q. 10. art. 4.
 Ferrariensis lib. 1. contra gentes q. 82. 80. §. Ad omnia ista.
 Ioannes Eckius in Enchiridio loc. Comm. loco 31.
 Ioannes Noppelius in confes. Ambros. lib. 2. cap. 2.
 Castro Verbo gratia heresi 1.
 Andreas Vega lib. 2. in Trid. à cap. 12. ad finem libri. Et lib. 6. cap. 7. 8. & 6.
 Camerarius trib. lib. integris de gratia.
 Michael Medina lib. 3. de reſta in Deum fide cap. 1.
 Ioannes de Medina codice de Pœni. tract. 1. q. 11.
 Corduba lib. 1. questionarij q. 55. dub. 9. 10.
 Alphonſus Virueſius Philp. 19.
 Franciscus Cartagena de predest. discursu 4. dub. 3. Et discursu 8. dub. 4.
 Catharinus in opusc. de predest.
 Marcus Antonius Natta lib. 9. de Deo. Et lib. 12.

ACADEMIA LOVANIENSIS

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

ADRIANVS VI. Summus Pontifex quest. quodlibeticà 7. q. 1. in fine. Possumus nostro arbitrio, & bene & malè velle. . . Ut iacenti in puteo chorda porrigitur, quâ se valeat liberare, sed quia laboris piget, aut pœnam refugit, suâ culpa, non offerentium reſtem, in puteo perseverat.

DRIEDO de redemptione generis humani Tract. 4. cap. 2. par. 5. Quomodo in ex duobus iam æqualiter iustis, contingit alterum libero arbitrio à gratia deficere, consentiendo desiderijs carnis suæ: alterum eodem libero arbitrio innixum Dei auxilio perseverare; sic ex duobus adhuc impis, æqualiter indignis, æqualiter diuinis instinctibus pulsatis, atque admonitis ad penitentiam, alterum non reluctari, alterum permanere in obstinatione suæ voluntatis.

LATOMVS aduersus Erasimum de merito pag. 175. Nos cum Deo operamur liberè & voluntariè, tanquam actuum nostrorum domini, habentes in nostra potestate agere vel non agere: eligimus enim quæ Deo placent, & quæ displicent repudiamus, sicut dicitur Eccl. 31. Qui potuit transgredi, & non est transgressus.

RYARDVS TAPPERVS Artic. 7. contra Lutherum proposit. 4. Omnes gratiæ quæ sunt nobis operandi principia, esse possunt sine vſu & fructu, & in vanum à nobis accipi: ita ut iis positis possimus non credere, non conuerti, non bene operari, nec voluntati adducunt necessitatem.

INEM in iurijs: Liberum arbitrium est facultas, quâ positis omnibus requisitis ad eligendum & agendum, possumus non eligere & non agere.

Endem art. propositione 10. Omnibus namque positis quæ præcedunt, & requiruntur ad fidem & conuersionem, libera manet voluntas, nullaque inducitur necessitas se determinandi, ad credendum vel sequendum vocationem, nec ad oppositum.

FRANCISC. SONNIVS Episc. Antuerp. de consilijs Euang. cap. 25. Quid enim libertas? nonne facultas agendi quod velis, tuis insuper, teque ipſo vtendi ad tuam vtilitatem quomodo velis?

IVDOCVS TILLET ANVS 1. parte apologiæ pro Trid. sess. 6. pag. 178. Per peccatum non est iniecta in operationibus necessitas, vnde & Tridentinum definit: hominem etiam in spiritualibus pietatis operationibus libertatem retinere.

GVILIEL-

GVILIELMVS LINDANVS Episcop. *Panoplia Evangelica lib. 3. cap. 7.* Homini post Adami lapsum, suum est reliquum arbitrium, quo aut agere potest aut non agere, assentiri aut dissentiri; atque adeò non assentiri.

CYNERVS Episc. Leoward. *de libero arbitrio cap. 2. assertit DD. dicere*: Liberum arbitrium, esse facultatem, ut positis omnibus quæ electionem & actionem præcedunt, & ad eam præquiruntur, possit seipsum, ad eligendum & agendum flectere, vel ab ipsdem abstinere. *Quod & probat dicens*: Quantumcumque ratio aliqua vel suasio vel inspiratio, nos ad consentiendum & agendum inclinēt, & moueat, experimur tamen in nobis, quòd possumus acquiescere, vel non acquiescere.

IOANNES LENSÆVS *de libertate Christianâ lib. 1. cap. 8.* Hominibus liberum est, ab eo, quod vel bene credunt, vel bene viuunt, decedere, ut non decessisse sit præmium, & ut, quod non potest, nisi cooperante spiritu Dei fieri, eorum meritis deputetur, quorum id potuit voluntate non fieri.

IDEM *cap. 10.* Illud Eccl. de relicto homine in sui consilij manu, rectissime interpretabimur etiam ad hominem lapsum pertinere: relictus enim & ipse est, in manu, seu potestate consilij sui, qui nimirum posset inuito secum consilio, pluribus propositis, quod vellet eligere, ac respicere, quod liberet. Nec per gratiam, pecorum more, ad vnum determinatus, ut cum gratia non minùs liberè agat, atque si ad ea præstanda, satis magnæ ex natura vires suppetent.

GVILIELMVS ESTIUS *lib. 2. dist. 24. §. 13.* Nunc post lapsum homines ita agunt bene vel male, ut possint non agere, & proinde retinent liberum arbitrium: non obstante eo, quòd nihil agant bene sine gratia Dei.

MALDERVS Episc. Antwerp. *1. 2. quest. 13. art. 6.* Rectè liberum arbitrium creaturæ definitur Potentiam quæ positis omnibus ad agendum prærequisitis, & eodem modo se habentibus, potest agere, & non agere. . . . Ceterum in definitione nostra, liberum arbitrium posse opposita, hoc accipiendum esse in sensu composito; nam in sensu diuiso, etiam ignis potest non comburere, &c.

IOANNES WIGGERS *1. 2. q. 6. art. 1. & 2. n. 6.* Hæretici huius temporis, ut Caluinus, Lutherus, & alij, non agnoscunt in nobis libertatem vllam, quæ opponatur necessitati in operando, sed tantummodò quæ opponatur coactioni. Sed contra hos certà fide tenendum est, in homine, etiam post lapsum, supereffe naturalem facultatem liberam . . . quæ requirit in potentia quamdam indifferentiam, ad agendum, & non agendum positis iam omnibus, ad actionem prærequisitis. Vnde hi articuli à duobus Pontificibus sunt reprobati: Quod voluntariè fit, etiam si necessitate fiat, liberè tamen fit. Item: Sola violentia repugnat libertati hominis naturali.

THOMAS STAPLETONVS *in Antidoto, in ep. Rom. ad illa cap. 9.* An non habet potestatem figuræ? Habens semper auxilia sufficientia, quibus potuit conuerti, si vellet, ut verum semper sit, quia verum est: Perditio tua ex te.

Miraris, opinor, quisquis pro libertate indifferentiæ tum ex SS. Patribus, tum è DD. Scholasticis tantam nubem testium productam vides; quo pacto ex iis non paucos adducat Lanſenius, quasi doceant ad perfectam libertatem spontaneum sufficere, & modò coactio ab illis, nullam illi necessitatem nocere. An ergo secum pugnant illi magni nominis Doctores? Minimè id quidem: Verùm Lanſenius, arte sibi familiari, volentes nolentes, sibi seruire facit. Plurimum certè nec illa ipsa verba, quæ à vero sensu auulsa, pro se adducit, ipsi patrocinantur, sed potius aduersa sunt. Reliqui verò, fere omnes, qui vel obscurè loquuntur, vel fauere in speciem Lanſenio videntur, iisdem vel vicinis locis tam disertè & velut ex professo docent libertatem indifferentiæ ad vtrumlibet, à Lanſenio impugnatam, ut alienis oculis eos legisse vel pessimâ fide pro sua sententia attulisse videatur. Tu lector loca à nobis & ab illo citata consule, & oculis tuis crede.

ARTICVLVS XII.

An præcepta Dei sint obseruatu possibilia?

IANSENIVS.

THEOLOGICI SOCIET.

ISunt quedam homini præcepta secundum statum & vires, in quibus consistunt, est, impossibilia: nec adest semper gratia, quâ præcepta illa implere sufficimus. To. 3. lib. 3. c. 13. col. 325.

Illâ impotentia non solum reperitur in excacatis, obduratis, & infidelibus; sed etiam in fidelibus: non tantum quando nolunt præcepta facere, sed etiam quando volunt. To. 3. lib. 3. c. 13. col. 326.

II. Impotentia implendi præcepta reperitur etiam in iustis, qui & fidem Christi, & caritatem iustitia susceperunt. Ibidem.

III. Ita peccato perit libertas arbitrij ad faciendum bonum, ut ante gratiam, non solum non possit uniuersam legem moralem honestatis implere; sed nec unam quidem, nec unum opus eius. Ita inducta est peccandi necessitas, ut in omni actu, quo legem sibi videtur vel seruare, vel transgredi, reus alicuius peccati teneatur. Tom. 2. de stat. nat. lapsæ lib. 4. c. 18. col. 631. & 632.

a Sine gratia superari non potest vlla tentatio: vel si superetur, alio etiam peccato superatur. b Nec sine ea vel vllum præceptum legis naturalis impleri potest, sic ut peccatum illâ obseruatione vitetur.

IV. Improbatur Iansenius hanc sententiam ex epistola ad Demetriadem: Adscribimus iniquitatem in se, pio crudelitatem, dum Deum impossibile aliquid præcepisse conuincimur. Et hanc: Nec impossibile aliquid voluit imperare qui iustus, nec damnaturus hominem fuit pro eo, quod vitare non potuit, qui pius est. Tom. 1. lib. 4. c. 16. col. 218.

Con-

Hominum nemo vsque adeo tyrannus fuit, ut legem imponeret iis, qui eam obseruare non possent, & poenas exigeret, si impleta non sit. Quam iniquitatem auget, si media ad præceptum implendum necessaria, in solius præcipientis sint potestate, & nihilominus dare nolit. Quâ ergo æquitatis specie, Deo iustissimo, & optimo hæc adscribi possunt.

II. Trident. sess. 6. cap. 11. Nemo temeraria illâ, & à Patribus sub anathemate prohibita voce uti debet: Dei præcepta homini iustificato ad obseruandum esse impossibilia. Nam Deus suâ gratiâ semel iustificatos non deserit, nisi ab iis prius deseratur.

III. Ex illo Iansenij sequitur omni peccanti, dum peccat, præceptum de non peccando esse obseruatu impossibile: nam necessariò peccans, non peccare non potest, quod est omne peccatum tollere: quis enim peccat in eo quod cauere nullo modo potest?

a Aug. lib. de nat. & grat. c. 67.

IV. Eam sententiam approbat BASILIVS his verbis: a Sine dubio non præcepisset hoc, qui bonus ac iustus est, nisi etiam facultatem, quâ id faceremus, fuisset largitus. Et AVGVSTINVS his verbis: b Firmissime creditur, Deum iustum, & bonum impossibilia non potuisse præcipere.

a Basil. in regul. brev. resp. 176.

b Aug. lib. de nat. & grat. c. 69.

I Imò

Iansenius. IX Theologi Societatis.

Consonant heretici, LUTHERVS in *consulatione rationis Latomiana*. In *Responsione ad dialogum Syluestri*. Libro de *libertate Christiana*. Artic. 2. & 31. *assertionum contra Bullam Leonis X.* in lib. de 10. *preceptis*. CONFESSIO AVGVSTANA artic. 6. MELANCHTON in *apologia tit. de votis monasticis*. BVCERVS lib. de *concordia art. de iustificacione*. CALVINVS lib. 2. *Instit.* c. 7.

V. Est quaedam voluntatis infirmitas, qua non potest certas tentationes superare: nec adest gratia, qua superentur, nec spiritus orationis, quo vires impetrentur. Tom. 3. lib. 3. c. 13. col. 325. in tit. cap.

Quamuis homini desit gratia sufficiens, qua precepta possit implere; non propterea dicendum est, frustra esse precepta, consilia, monitiones: habent enim vsum significandi homini, ut si forte possit, faciat quod iubetur: si non possit, infirmitatem doleat, oretq. pro viribus impetrandis. Tom. 3. lib. 3. c. 17. col. 354.

Consonant Heretici nostri temporis, LUTHERVS in *consulatione rationis Latomiana*. Idem in *epist. ad Galat.* 4. Idem in *Psal.* 51. Idem in *propositionib. de lege contra Antimones*. Idem in *responsione ad Dialogum Syluestri*. MELANCHTON ad *epist. Rom.* 4. Idem in *Apologia tit. de votis monasticis*. CALVINVS lib. 2. *Instit.* cap. 7. §. 5. & c. 5. §. 7. & §. 4. CALVINVS in *Antid. Trident.* ad *sess.* 6. cap. 11. IOANNES MONHEMIVS *Dialogo* 3. CHEMNITIVS in *exam. Trid.* ad *sess.* 6. cap. 11. & can. 18. tota questione 3. & ad can. 4. & 5.

Imò e AVGVSTINVS ipsissimis verbis: nec impossibile aliquid potuit imperare qui iustus est; nec damnaturus est hominem pro eo, quod non potuit vitare, qui pius est.

Mirum igitur improbari Iansenio, hanc, quam ipse Pelagio tribuit, sententiam, etsi à SS. Patribus approbatam: cum à Caluino etiam gratulandum putet, si tibi à veritate eius iudicio non discedit.

V. Hæ propositiones Iansenij perinde sonant, ac si dicatur: preceptum ambulandi vincito compedibus, aut pedibus mutilo impostum, non est frustra; quia significat ut si fortè possit, ambulet; & si non possit, doleat, & petat ut possit: licet linguam non habeat, quâ id petere possit; nec præcipiens, qui solus potest, media illa suppeditare velit, ut possit ambulare.

PETRVS CANISIVS in *Decal.* §. 6. VALENTIA in *Controvers.* de *grat.* p. 3. cap. 3. BELLARMINVS lib. 2. de *grat.* & lib. *arbit.* cap. 7. MALDONATVS in *Matth.* 22. v. 37. BECANVS *Manual. Controvers.* lib. 1. cap. 17. q. 1. 2. & 3.

S C R I P T V R Æ

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

DEUTER. 30. v. 11. Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque proculpositum; sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum.

Hunc locum Apostolus Rom. 10. v. 6. applicat possibilis fidei. PROVERB. 4. v. 11. Viam sapientie monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis... currens non habebis offendiculum.

MATTH. 11. v. 28. Iugum meum suauis est, & onus meum leue. LVCÆ 19. v. 21. Regnum Dei intra vos est.

Id est in manu, in possessione. Tertull. lib. 4. contra Marcionem cap. 35. 1. CORINTH. 10. v. 13. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari, supra id quod potestis.

1. IOANNIS 5. v. 3. Mandata illius grauiora non sunt.

CON-

C O N C I L I A

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

ARAYSICANVM *can. 25.* Hoc etiam secundum fidem Catholicam credimus, quod accepta per baptismum gratia omnes baptizati Christo auxiliante, & cooperante, quæ ad salutem pertinent, possint & debeant, si fideliter laborare velint, adimplere.

Nulli ergo ex baptizatis præcepta impossibilia sunt obseruata; ne iis quidem, qui inter eos obdurati, & reprobi sunt.

TRIDENTINVM *sess. 6. cap. 11.* Nemo temerariâ illâ, & à Patribus sub anathemate prohibita voce uti debet: Dei præcepta homini iustificato ad obseruandum esse impossibilia.

Can. 18. Si quis dixerit Dei præcepta homini, etiam iustificato, & sub gratia constituto, esse ad obseruandum impossibilia; anathema sit.

Cap. 11. Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, & facere quod possis; & petere quod non possis, & adiuuat ut possis.

a. Hunc locum citans Iansenius hanc omisit particulam (adiuuat ut possis) ut ex priori (petere quod non possis) probet præcepta esse obseruata impossibilia. b. Alibi temerariam glossam addit: (adiuuat ut possis) id est, 325. inquit, si exaudiat. a. rom. 3. col. b. col. 326.

S S. P A T R E S

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

ORIGENES *homil. 9. in Iosue sub finem.* Qui dicit, quæ mandantur, implere non possum; quid tibi videtur aliud quam inter mulieres, quæ nihil virile possunt, esse numerandus. *Vide reliqua ibid.*

CYRILLVS *de baptismo Christi.* Et quod agendum est scimus, & quod scimus, facere possumus.

ATHANASIVS *de seruanda virginitate in illud: Ne dixeris in corde tuo: At quonam ista modo præfate potero? ne pauorem concipiat mens tua; sed cum omni alacritate seruabis ea: si quidem timentibus Dominum, præcepta Domini difficilia non sunt.*

HILARIVS *ad psal. 116. Latum mandatum nimis: Latum igitur mandatum Dei est, & in omnia spei nostræ genera diffunditur, ut non difficile sit, si voluntas adsit, præcepto Dei obtemperare.*

BASILIVS *in orat. Attende tibi: Impium est dicere, impossibilia esse Spiritus præcepta.*

IDEM *in regulis breuioribus responsione 176.* Sine dubio autem non præcepisset hoc, qui bonus ac iustus est, nisi etiam facultatem, quâ id faceremus, fuisset largitus.

CHRYSOSTOMVS *homil. 8. de penitentia sol. 751.* Nequaquam Dominum incuses: haud mandat impossibilia; multi & ipsa superant mandata; ergo si impossibilia fuissent, minus sua sponte superassent.

IDEM *homil. 16. in Epistol. ad Hebr. 208.* Non potes dicere, non possum, neque accusare conditorem: si enim impotentes nos fecit, & deinde imperat, culpa eius est. Quomodo ergo, inquis, multi non possunt? quomodo ergo multi nolunt? si enim voluerint omnes poterunt. Habemus quippe cooperatorem, & adiutorem Deum: tantum velimus, tantum opere accedamus ad rem ipsam.

IDEM *homil. 18. in Matth. Ne igitur impossibilia putemus esse præcepta; quæ certè & vtilia nobis sunt, & valde facilia.*

HIERONYMVS *lib. 3. aduersus Pelagianos.* Deus possibilia mandauit, hoc nulli dubium est.

IDEM *in Matth. 5.* Sciendum Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta.

MACARIVS SENIOR *homil. 15.* Præcipit enim Deus, quæ sua sunt in tua potestate.

AVGVSTINVS *lib. 2. de peccatorum meritis, & remissione cap. 3.* Acute autem sibi videntur dicere, quasi nostrum hoc vllus ignoret: quod si nolumus, non peccamus; nec præciperet Deus homini, quod esset humane impossibile voluntati.

IDEM *lib. de natura & gratia cap. 67.* Quæcumque ista causa est voluntatis, si non potest ei resisti; sine peccato ei creditur; si autem potest, & non cedatur, & non peccabitur. An fortè fallit incautum? ergo caueat, ne fallatur. An tanta fallacia est, ut caueri omnino non possit? si ita est, nulla ergo peccata sunt. Quis enim peccat in eo, quod caueri nullo modo potest? pecca-

peccatur autem : cauere igitur potest siue ergo immineat (*tenatio*) siue infir , cauere potest.

IDEM de peccatorum meritis & remiss. lib. 2. cap. 6. Dubitare non possum, nec Deum aliquid impossibile homini præcepisse, nec Deo ad opitulandum & adiuuandum, quo fiat quod iubet, impossibile aliquid esse: ac per hoc potest homo, si velit, esse sine peccato adiutus à Deo.

IDEM *serm. 191. de tempore*: Execramur blasphemiam eorum, qui dicunt impossibile aliquid homini à Deo esse præceptum, & mandata Dei non à singulis; sed ab omnibus in communi posse seruari.

IDEM de nat. & grat. cap. 69. Eo ipso quo firmissimè creditur, Deum iustum & bonum impossibilia non potuisse præcipere; hinc admonemur, & in facilibus quid agamus, & in difficilioribus quid petamus.

CLEMENS ALEXAND. lib. 2. *Stromat. prope medium*: In nostra quidem certè est potestate, parere præceptis, quorum nisi uouerimus esse participes, iræ & uoluptati nos ipsos dedentes peccabimus.

IDEM lib. 4. *Stromat. non procul à fine*: Præcepta sunt huiusmodi, ut à nobis possint fieri, & non fieri, quæ consentaneum est ut sequatur laus & vituperatio.

IDEM lib. 7. *Stromat. Quomodo medicus præbet sanitatem iis, qui opem ferunt ad sanitatem; ita etiam Deus æternam salutem iis, qui opem illi ferant & cum eo cooperantur ad cognitionem, & ad bonas actiones: cum autem simul cum eo, quid facimus, & in nostra sint potestate ea, quæ præcepta imperant, perficitur quoque promissio.*

IDEM lib. 7. *Strom. infra*: Hæc ergo à nobis exiguntur, quæ sita sunt in nostra potestate, & eorum, quæ ad nos pertinent; tam præsentium, quàm absentium electio, & desiderium, & possessio, & usus, & permissio.

S. LEO *serm. 5. de quadrag. fol. 39*. Si quid arduum in mandatorum effectibus experitur, non in se remaneat, sed ad iubentem recurrat: qui ideo dat præceptum ut excitet delictum, & præstet auxilium.

IDEM *sermone 16. de passione fol. 64. b.* Iuste nobis instat præcepto, qui præcurrit auxilio.

ENNODIVS TICINENS. *Episcop. lib. 2. epist. 19*. Inter homines à recti discordat affectus, qui à subiectis exigat, quod in potestate non tribuit: hoc de Deo quæ conscientia sentiat, aduertite.

ANASTASIVS SINAITA *quest. 5*. Perpicuum est, quod qui est senex & impotens, potest eius legem seruare . . . Vides quod nihil sit constitutum, quod sit graue, & quod à nobis non possit fieri?

ANASTASIVS NICÆNVS *q. 5. in illud Ioan. Iugum meum suauè*: Vides quod nihil sit constitutum, quod sit graue; & quod à nobis non possit fieri; merito ergo dicebat iugum meum suauè est, & onus meum leue.

THEOPHYLACTVS in Ioan. *cap. 12. fol. 365. b.* Hoc autem quod dicit, non potuerunt credere, significat, noluerunt: nam malus & improbus homo non potest credere quamdiu talis fuerit, mala scilicet eligens ac volens.

ANTONIUS PADUANVS in *Euang. Dom. 2. Aduent. Dominus nunquam præcipit impossibilia.*

BONIFACIVS VIII. de *reg. iuris in 6. reg. 6.* Nemo potest ad impossibile obligari.

Penitur etiam in Decretis dist. 4.

DD. SCHOLASTICI

Pro doctrina Societatis contra Ianfenium.

D. THOMAS de *veritate q. 24. art. 14. ad 1.* Quod præcipit Deus, non est impossibile homini ad seruandum: quia & substantiam actus potest ex libero arbitrio seruare, & modum, prout scilicet sit ex charitate, potest seruare ex dono gratiæ.

IVDOCVS COCCIVS *tom. 2. de iustificazione art. 2.* CLICHTOVÆVS contra Lutherum *lib. 3. de votis monasticis.* STANISLAVS HOSIVS de *auctoritate sacre Scrip. lib. 3. sub initium.* & in *Parensi iotius operis cap. 93.* CORNELIVS SCHVLTINGVS *Confes. Hieronym. tom. 2. cap. 8.* FRANCISQVS VERON *3. part. Cont. cap. 3.* SOTVS de *natura & gratia lib. 1. cap. 22.*

ACADEMIA LOVANIENSIS

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

IACOBS LATOMVS *Art. I. Louaniens. §. deinde argumentatur:* Quod lex debet esse possibilis, & quod ad impossibile nulla est obligatio, videtur communis animi conceptio. §. *quod etiam:* Quia Deus iustus & bonus, rationabiliter nihil potest præcipere, nihil homini præcipit, cuius homo non habet potestatem, aut habere potest, si potestate quam habet legitime vtatur. §. *Hic habes:* Nemo ligatur ad impossibile, & omnis lex ligans debet esse possibilis, si saltem qui transgreditur, debeat vituperari, & ipsa transgressio peccatum vocari.

Hæc omnia suse probat ex Augustino contra Lutherum.

FRANCISCVS SONNIVS Episcopus Antuerpiens. in *Demonstrat. de diligendo Deum, & proximum* cap. 8. Potest præceptum dilectionis in eâ formâ, quâ latum est in lege, & renouatum in Euangelio, custodiri, obseruari, impleri à mortali homine, & quantum satis est præcepto, & quantum gratum est præipienti, & quantum expedit facienti ad magnam ipsius vtilitatem.

Notum est in hoc præcepto vniuersam legem pendere.

GVILIELMVS LINDANVS Episcopus Ruremund. *lib. 3. Panoplia Evangelica cap. 19.* Cauendum ne in illam impingamus blasphemiam, vt Deum impossibile quidpiam præcepisse sentiamus.

Idem de præcept. Dei & hominum cap. 21. circa medium suse illud probat.

CORNELIVS IANSENIVS Episcopus Gandensis in *Concordia Evangelica. cap. 47. fol. 364.* Legis noxæ præcepta commodissima, eò quod in nobis planè sit eorum adimpletio, quid enim in nobis magis est situm, quam credere & diligere?

IACOBS BAYVS in *Catechismo:* Præcepta Dei non solum obseruatione possibilis; sed etiam facilia per vires gratiæ Christi adiutas Dominus attestatur: Iugum meum suauis est & onus meum leue &c.

THOMAS STAPLETONVS *Controu. T. 2. lib. 6. per totum.*

ARTICVLVS XIII.

An factum ex ignorantia inuincibili sit propriè dictum peccatum?

IANSENIVS.

THEOLOGI SOCIET.

Ignorantia, etiam quæ necessitatis est, non voluntatis, hoc est inuincibilis, non caret peccato: idque vt dogma fidei ab Antiquis traditum, & contrarium solenne Pelagianorum dogma fuit. Tom. 2. de stat. nat. lapsæ lib. 2. c. 2. col. 287. in tit. cap. & contextu.

Ignorantia inuincibilis iuris naturalis, non excusat à peccato delinquentes. Ibidem de stat. nat. lapsæ lib. 2. c. 5. col. 310.

Consonant hæretici nostri temporis.

LYTHERVS in *Genes. cap. 12.*

CALVINVS *lib. 2. Instit. cap. 2. §. 25.*

non feceris, æquè peccabis; quia contra conscientiam operaberis: *a* *Omne enim quod non est ex fide, (hoc est conscientiam bonam) peccatum est.*

a Rom. 14. 23.

SCRIPTURÆ

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

IOAN. 9. v. 41. Si cæci essetis non haberetis peccatum.
IBIDEM c. 15. v. 22. Si non venissem, & locutus eis fuisset, peccatum non haberent.

SS. PATRES

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

CHRYSOSTOMVS *homil. 15. ad Rom.* Nemo vnquam ignoranter peccauit: vides quomodo innumera sequerentur absurda, nisi dicta competenti religione legeremus. Si enim ignoranter peccauerunt, indigni vtique erant qui penas darent.

AVGVSTINVS *lib. 3. de lib. arb. c. 19. de natura & gratia cap. 67. Retract. 1. c. 9.* Non tibi deputatur ad culpam, quod inuitus ignoras, sed quod negligis quærere quod ignoras.

IDEM *lib. 3. de lib. arb. cap. 19.* Illud quod ignorans quisque non rectè facit, & quod rectè volens facere non potest, ideo dicuntur peccata; quia de peccato illo liberæ voluntatis (*primi hominis*) originem ducunt. . . . Nam sicut linguam dicimus, non solum membrum, quod mouemus in ore dum loquimur; sed etiam illud, quod huius membri motum consequitur, id est formam, tenoremque verborum; secundum quem modum dicitur alia lingua Græca, alia Latina; sic non solum peccatum illud dicimus, quod propriè vocatur peccatum. . . . sed etiam quod iam de huius supplicio consequatur necesse est.

IDEM *cap. 20.* Negligentibus, & peccata sua de infirmitate defendentibus non ipsam ignorantiam, difficultatemque pro crimine obiceret; sed quia in eis potius permanere voluerunt, iusto supplicio vindicauit.

IDEM *lib. 3. de lib. arb. cap. 20. & Retract. 1. c. 9.* Ignorantia & difficultas, etiam si essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus Deus, sed laudandus esset.

DD. SCHOLASTICI

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

D. THOMAS *1. 2. q. 76. art. 3.* Ignorantia, quæ est causa actus, quia causat inuoluntarium, de se habet quod excuset à peccato: ed quod voluntarium est de ratione peccati.

IDEM *1. 2. q. 6. art. 8.* Ignorantia antedecenter se habens ad voluntatem, causat inuoluntarium simpliciter.

Cui accedunt vno ore Scholastici reliqui omnes, & Theologi morales.

ARTICVLVS XIV.

An dari possint actus moraliter boni naturales?

IANSENIVS.

THEOLOGI SOCIET.

I. Pelagiani doctrinam suam, quod possint fieri opera nature moraliter bona, fundant in loco Apostoli *Rom. 2.* Gentes quæ legem non habent, &c. *Quæ sunt dissonantia à doctrina Ecclesiastica veritate.* To. 1. lib. 4. c. 8. col. 202.

I. Censura illa Iansenij à duobus Pontificibus damnata est propositione 23. & interpretatio loci Apostoli, quam Pelagianismo accenset, omnium ferè est sanctorum Patrum, Interpretum ac Scholasticorum. Vtrisque igitur grauiter est iniuriosus.

II. Ita

II. Non

Iansenius. Theologi Societatis.

II. Ita peccato perit libertas arbitrij ad faciendum bonum, ut ante gratiam, non solum non possit uniuersam legem moralis honestatis implere; sed nec unam quidem, nec unum opus eius. Ita inducta est peccandi necessitas, ut in omni actu, quo legem sibi videtur vel seruare vel transgredi, reus alicuius peccati teneatur.

To. 2. de stat. nat. lap. 1. 4. c. 18. col. 632.

Viribus natura peccatum sine peccato non vitatur, nec lex vlla seruatur. To. 2. de stat. nat. lap. 1. 3. c. 20. col. 524.

III. Nullum omnino fieri potest opus bonum, hoc est sine peccato, nisi in Deum propter se dilectum referatur: alioquin neque recte fit, neque bonum opus est, sed veri peccati contaminatione pollutum.

To. 2. de stat. nat. lap. 1. 3. c. 17. col. 509.

Hec est clavis uniuersae doctrinae S. Augustini, sine qua merus labyrinthus est.

To. 2. de stat. nat. lap. 1. 4. c. 6. col. 574.

Consonant haeretici nostri temporis.

CALVINVS lib. 3. instit. cap. 14. per sex §§. Et

cap. 4. §. 8. & lib. 2. cap. 3. §. 2. PETRVS MARTYR

Rom. cap. 9. v. 18. CHAMIERVS tom. 3. lib. 4. c. 2.

II. Non vsque aded in anima humana imago Dei, terrenorum affectuum labe, detrita est, ut nulla in ea velut extrema lineamenta remanserint: non igitur censeripotest ita exstincta arbitrij libertas, ut in nullo profus opere, possit se rectae rationis, & legis regulae conformare.

² Aug. de Spir. & lit. c. 27.

III. Indubitatum haecenus est apud Theologos, dari tam Theologicarum, quam moralium virtutum actus nullo charitatis motiuo informatos; quare ex charitatis defectu nihil vetat dari actus intra naturae limites moraliter bonos.

Quid clauē tam distortā referari posse censes, nisi labyrinthum, in quo inextricabiliter erretur?

SCRIPTURÆ

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

PSAL. 4. v. 7. Multi dicunt quis ostendet nobis bona? signatum est super nos lumen vultus tui Domine.

ROM. 2. v. 14. Gentes quae legem non habent, naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt.

Exponant de Gentibus in genti siliisno viuentibus Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, Primasius, Sedulius, Haymo &c. Augustinus ut probabilem insinuat de Spiritu & lit. cap. 27.

SS. PATRES

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

CLEMENS ROM. lib. 7. Constitutionum cap. 34. post medium: Abraham progenitorem nostrum viam veritatis, ex ipsa natura facultatem capessentem, deduxisti.

BASILIVS ham. 9. in hexameron. pauld ante medium: Sunt apud nos ipsae virtutes secundum naturam, ad quas habendas affinitas animae, non ex humana doctrinā; sed ex ipsa naturā nobis inesse videtur.

AVGVSTINVS de Spiritu & lit. cap. 27. alias 28. Ipsi homines erant, & vis illa naturae ineratis (Iudaeis) quae legitimum aliquid anima rationalis, & sentit & facit.

Eccē per vim naturae fit aliquid legitimum, quale profecto nullum est, quod non est omnino ab omni eo, quod vitare potest, immunit.

IDEM lib. de patientia cap. 26. Si quis non habens charitatem &c. in aliquo schismate constitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes, angustias, famem &c. nullo modo ista culpanda sunt, imò verò & haec laudanda patientia est.

PROSPER

PROSPER contra Collatorem cap. 26. Vita sensus & ratio, ceteraque corporis atque animi bona, etiam malis vitiosisque non desunt: sed non in illis veri boni perceptio est, quæ mortalem vitam honestate possunt, ætænam autem conferre non possunt.

Vitam certè honestate peccata non possunt.

DAMASCENVS 3. de fide c. 14. in fine. Naturales virtutes sunt, ac naturaliter & æquè omnibus insunt: etsi non omnes æquè ea, quæ naturæ consentanea sunt, operentur.

GRÆGORIVS hom. 27. in Euang. Ioan. 15. v. 12. Sunt nonnulli, qui diligunt proximos, sed per affectum cognationis & carnis; quibus tamen, in hac dilectione, sacra eloquia non contradicunt; sed aliud est quod sponte impenditur naturæ, aliud quod præceptis Dominicis ex caritate debetur obedientiæ.

DD. SCHOLASTICI

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

THOMAS 1. 2. q. 109. art. 2. r. In statu naturæ integræ, quantum ad sufficientiam operatiua virtutis, poterat homo per sua naturalia, velle & operari bonum suæ naturæ proportionatum; quale est bonum virtutis æquisitæ.

IDEM art. 3. c. Homo in statu naturæ integræ poterat operari virtutem suæ naturæ bonum, quod est sibi connaturale, absque superadditione gratuiti doni. Et paulo post: Et ideo dicendum est, quod homo in statu naturæ integræ non indigebat dono gratiæ superadditæ naturalibus bonis, ad diligendum Deum naturaliter super omnia. Vide reliqua ibidem ad 1. *Obserua naturam integram hęc non posse statui instruatam donis gratiæ, quæ sit in primo homine: sed præteream integritate perfectiōnis naturalis, nulli sibi præiudicium habitibus vitiosam.*

IDEM 1. 2. q. 109. art. 5. c. Sine gratia homo non potest mereri vitam ætænam; potest tamen facere opera perducentia ad bonum aliquod homini connaturale.

IDEM 2. 2. q. 83. art. 16. r. Orationem peccatoris ex bono naturæ desiderio procedentem Deus audit, non quali ex iustitia, quia peccator hoc non meretur, sed ex pura misericordia.

BONAVENTURA in 2. dist. 28. art. 3. q. 3. Hominis liberum arbitrium in puris naturalibus constitutum, cum generali Dei influxu, (tametsi difficulter) potest tamen facere opus bonum morale, quod non disponat ad gratiam, nec ad gloriam.

SCOTVS in 3. dist. 37. q. 1. Ex puris naturalibus potest quæcumque voluntas, saltem in statu naturæ institutæ, diligere Deum super omnia.

GABRIEL in 2. dist. 28. conclusiōe 1. Liberum hominis arbitrium ex suis naturalibus, sine gratia, elicere potest actum moraliter bonum.

RICHARDVS in 2. dist. 28. art. 1. Verum & bonum infra naturam, lumine tantum naturalis & primæ causæ generali motione, absque alia particulari gratia potest homo cogitare, & velle bonum autem, & verum, quod supra naturam inuenitur, nequaquam.

DYRANDVS in 2. dist. 28. q. 2. n. 4. Primo modo (id est bonitate morali) potest homo sine gratia bonum opus.

ACADEMIA LOVANIENSIS.

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

RYLANDVS TAPPERVS de libero arbitrio art. 7. Lou. §. Et quia: Opera, quæ non requirunt aliud principium, quàm vires naturales, hoc est, quæ ad pietatem, & religionem Christianam non pertinent, sine gratia Dei facere possunt.

DRIEDO de Gratia & libero arbitrio lib. 1. cap. 4. Manifestum est Iudeos, Gentiles, Paganos posse quidem facere multa opera legis in se bona: sed inde non sequitur eos absque gratia posse facere opus bonum, quod remuneret Deus post hanc vitam.

MARTINVS RITHOVIVS Episc. Iprensium. in 2. sent. dist. 41. Asserit illud Augustini lib. de spiritu & lit. cap. 27. & 28. Impiorum, & Deum non veraciter colentium esse facta, quæ secundum iustitiæ regulam non modò non vituperare non possunt; verum etiam merito rectè laudamus. . . . Et fusè probat ex eo opera quædam infidelium esse moraliter bona, obiectiōneque soluit, tum ex Augustino, tum ex ratione petitas.

CLARIVS in Thesibus an. 1614. 21. Octobris: Homo opera moralia bona, exercere sine gratia potest.

IOANNES VVIGHERS in *Theſibus an. 1637. 31. Martij*: Hōmo in ſtatu naturæ lapſæ, ſine gratiæ poteſt multas veritates aſſequi, & veritatibus fidei extrinſecus ſufficienter propoſitis naturaliter aſſentiri, opera quædam moraliter bona perficere, Deum aliquo modo naturaliter diligere, peccata aliqua, leuioreſque tentationes ſuperare.
Vide omnium claſſium Antieſiguanos, ipſiſque olim Academicæ Lotaniæniſis lūmina, tanquam indubitantem veritatem aſſerere, cui Ianſenius erroris notam iniurii?

ARTICVLVS XV.

An omnia opera infidelium ſint peccata?

IANSENIVS.

THEOLOGI SOCIET.

Omnia opera infidelium ſunt peccata, & virtutes philoſophorum ſunt vitia. Tomo 2. de ſtat. nat. lapſæ lib. 4. c. 27. col. 672.

II. Antequam fidei non eſt humano arbitrio liberum à peccato, dum hic & nunc agere meditatur, abſtinere: ſed quocumque ſe verterit, quadam humanis viribus inſolubili peccandi neceſſitate tenetur. Tomo 2. de ſtat. nat. lapſæ lib. 3. c. 14. col. 496.

Sola abſentia fidei ſufficit, vt omnia opera infidelium vera ſint peccata. Tomo 2. de ſtat. nat. lapſæ lib. 4. c. 3. col. 53.

III. Nuge, delirium, inſania, error, impietas, contraria Chriſtianorum ſenſui, ſcripturis & fidei, quod infidelium ſit vlla vera virtus, vel opera ſine peccato. Tom. 2. de ſtat. nat. lap. lib. 4. c. 17. col. 627.

Conſonant hæretici noſtri temporis.

LYTHERVS in *Geneſ. cap. 8. & in Ep. ad Gal. cap. 4. Item in cap. 7. Matt. 9. 18.* CALVINVS lib. 3. inſtit. cap. 14. §. 3. & 4. Idem in *Annd. Conc. Trid. ſeſſ. 6. in can. 7.* MELANCTHON Ep. ad Rom. cap. 14. in v. 14. n. 23. CHEMNITIVS in *exam. Trid. ſeſſ. 6. in can. 1. & 7.* CHAMIERVS Tomo 3. lib. 4. cap. 6. n. 1. & c. 10. n. 2. & 25. BVCERVS i. ad Rom. in cap. 14. v. 23. PETRVS MARTYR in *Ep. ad Rom. cap. 2. v. 14.*

SCRIPTVRÆ

Pro doctrina Societatis contra Ianſenium.

EXODI 1. v. 21. Quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit eis domos.
EZECHEIELIS 29. v. 18. Merces non eſt reddita ei (Nabuchodonofori) neque exercitui eius de Tyro, pro ſeruitute, quæ ſeruiuit mihi aduerſus eam.

K

DANIE-

DANIELIS 4. v. 24. Quamobrem Rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua clemensynis redime.

Horum locorum energia hæc est: Nulla peccata remuneratur Deus: Aliqua opera infidelium remuneratur: vix aliqua infidelium opera non sunt peccata.

ROM. 2. v. 14. Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt.

SS. PATRES

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

TERTULLIANVS de Corona militis cap. 6. Apostolus ad Romanos dicens: naturâ facere nationes ea quæ sunt legis, & legem naturalem suggerit, & naturam legalem.

HIERONYMVS in Ezech. 29. v. 18. Ex eo quod Nabuchodonosor mercedem accipit boni operis, intelligimus etiam Ethnicos, si quid boni fecerint, non absque mercede Dei iudicio præterfiri.

IDEM *ibid.* Perspicuum est condemnari nos comparatione Gentilium, si illi lege faciunt naturali, quæ nos etiam scriptâ negligimus: de quo plenissimè ad Romanos Paulus Apostolus disputat.

IDEM in cap. 22. Matth. Inter ipsos quoque Ethnicos est diuersitas infinita: cum scimus alios esse procliuēs ad vitia, & ruentes ad mala: alios ob honestatem morum virtutibus deditos.

CRYSOSTOMVS hom. 5. in Epist. ad Rom. post med. Per hæc rursus ostendit Deum sic hominem finxisse, vt possit per se virtutem eligere, ac vitium declinare.

IDEM Hom. 67. ad pop. Antioch. sub init. Nec potest malus omninò malus esse: sed euenit vt & aliquid habeat boni; neque bonus esse bonus omninò, sed & nonnulla solet habere peccata.

Liquet infideles etiam comprehendi in generali propositione boni & mali.

AUCTOR OPERIS IMPERFECTI in Matth. hom. 25. Si infidelis fecerit opus bonum, hic ei prodest opus ipsius, & hic ei reddit Deus bona pro opere suo: in illo autem sæculo (suarum) nihil ei prodest.

Vide totum discursum quo plenius exaggeratur præfens intentum.

AVGVSTINVS de Spiritu & Litt. cap. 27. & 28. Meritò dici potest etiam in ipsa impietate vitæ suæ (gentiles) facere aliqua legis vel sapere.

IDEM *ibid.* Impiorum quædam facta vel legimus, vel nouimus, vel audimus, quæ secundum iustitiæ regulam non solum vituperare non possumus; verum etiam meritò, rectèque laudamus: quamquam si discutiat, quo fine fiant, vix inueniuntur, qui iustitiæ debitam laudem, defensionemve mercantur.

Dum dicit vix inueniri, cerè inueniri nonnunquam declarat, quæ meritò rectèque laudantur: laudari tamen meritò non possunt, quæ, etsi quoad substantiam bona sint, malo nihilominus fine insciuntur.

IDEM *ibid.* Sicut non impediunt à vitæ æternæ iustum quædam peccata venialia, sine quibus hæc vitæ non ducitur; sic ad salutem æternam nihil profunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillimè vitæ cuiuslibet pessimi hominis inuenitur.

Peccatis venialibus iustorum rectè opponi non possunt bona opera impij, si & ipsa peccata sint.

IDEM Epist. ad Marcel. Republicanam primi Romani constituerunt, auxeruntque virtutibus &c. custodientes quamdam sui generis probitatem &c. Deus ostendit in illo imperio, quantum valent ciuiles, etiam sine vera religione, virtutes.

Similia de Romanis habet lib. 5. de Ciuitate Dei cap. 15.

IDEM Ep. 130. Polemo, si ex luxurioso continens factus, ita sciret cuius hoc esset donum: vt eum abiectis superstitionibus gentium piè coleret, non solum continens, sed etiam veraciter sapiens & salubriter religiosus existeret: quod ei non tantum ad præsentis vitæ honestatem, verum & ad futuræ immortalitatem valeret.

Si Dei donum fuerit continentia Polemonis, si ad vitæ honestatem valuerit, profectò peccatum non fuit.

FVLGENTIVS de Incarnat. & gratia cap. 56. Aliqua quidem bona quæ ad Societatis humanæ pertinent æquitatem, inesse possunt (infidelibus) sed quia non charitate fiunt, prodesse non possunt, nimirum ad vitæ æternam.

Iansenius.

Theologi Societatis.

a ro. 3. lib. 5.
cap. 29. col.
568.

II. In omnibus, qui solo timore pœnæ peccatum cauere volunt, manet voluntatis repugnantia, quâ nollent facere si pœna tolleretur: & ex illa coniuncta voluntate omnes coram Deo, peccati rei sunt.

b Ibid. col.
569.

b Quod oritur ex natura timoris, quod enim ex metu fit, mixtum est ex voluntario & inuoluntario, ut est pronuntiatum S. Thomæ ac ceterorum Philosophorum.

c ro. 3. lib. 5.
cap. 30. col.
577.

c Timens quidquid ex illo timore fecerit, nihil ex animo, nihil ex corde, nihil volenter, nihil corâ Deo; sed tantum in speciem coram hominibus operatur. Hinc non est amicus rectitudinis, nec Dei; sed potius hostiles erga eum animos gerit, & potius non implet operando legem, quam implet.

d Ibid. c. 32.
col. 584.

III. Ne quidem unum eorum, quæ vera pœnitentia complectitur, attritio ex solo gehennæ metu profecta comprehendit. Nam neque abiicit emendatq; peruersitatem; sed diuersis modis animum peccato affixum esse sinit, ac facit: neque quidquam de Dei offensione curat, neque peccati odium affert. Tom. 3. lib. 5. c. 34. col. 593.

Quæ omnia perspicue declarant doctrinam istam, quam Scholastici quidam tradunt, de dolore peccatorum ex solo gehennæ metu, non solum Augustini principis fundatissimis, & per omnes eius lucubraciones diffusis, ex diametro repugnare; sed etiam à Synodi Tridentinæ PP. multis modis proscriptam esse: quam non perspecta veritas, sed sola inutilis, imò pernicioſa erga peccatores misericordia peperit. Tom. 3. lib. 5. cap. 35. col. 597.

a ro. 3. lib. 5.
cap. 23. col.
553.

IV. a Quamuis & lex, & pœnarum comminatio sit à Deo; timore tamen percussus propria voluntatis viribus facit,

b Ibid. c. 32.
col. 584.

b Hinc iustitia quam formidine pœnæ quis operatur, sua hæc est propria, non Dei iustitia; ex lege non ex gratia, quæ non est vera, sed ex affectu iniquato orta. c Nullum enim opus potest esse bonum, nisi in finem, in quem referri
vera

c ro. 2. lib. 3.
cap. 17. col.
509.

II. Non obstante eo, quod timor nonnullus rei deserendæ amorem inefficacem persistentem admittat; datur nihilo minus timor, qui omnem rei prius amatæ amorem, ac voluntatis repugnantiam excludit: qualis est timor efficax gehennæ, qui vilis esse non potest ad finem intentum, nisi affectum omnem, erga peccatum prius amatum, excludat. Illum porro non extortum, & coactum; sed liberum & voluntarium tradit Trident. sess. 14. cap. 4. Ex quo consequitur, ut sic timens ex animo & ex corde legem implere possit, & abstinere à peccato per eum timorem, qui peccatum non sit, quod qui negat, timeat anathema Tridentini sess. 6. can. 8.

III. Qui Deum vindicem timeat, ne eum talem experiatur, renuit eum offendere: ad quem proinde se conuertit, ac statuit vitam emendando Deo adherere. Timor ergo aliquis ex gehennæ intentata conceptus complectitur omnia, quæ vera pœnitentia, etsi non ex charitate profecta, comprehendit. Quæ doctrina est communis PP. ac diserte tradita à Tridentinæ, cum in cõitione non tantum cessationem à peccato, vitæ nouæ propositum ac inchoationem; sed veteris etiam vitæ odium contineri docet, eaque communia esse statuat contritioni perfectæ & imperfectæ, seu attritioni, ut loquitur, ex gehennæ metu conceptæ.

IV. Non minus difficilis est efficax timor, quo constanter moueamur ad vitandum peccatum, & gehennam, quam actus alterius virtutis, non minus etiam vilis ad vitam æternam; Quare ut talis non propriis naturæ viribus, sed vera Christi gratia & non propria naturæ iustitia est; sed ut tradit Trident. a do-
num Dei & impulsus Spiritus sancti, quo

Iansenius.

Theologi Societatis.

vera sapientia precipit, hoc est, in Deum propter se dilectum, referatur.

Consonant hæretici nostri temporis.

LYTHERVS in assert. articulorum contra Bullæ Leonis X. ass. 4. & 6. Item in Ep. ad Sulpicium Augustinæ familie Vicarium. Item in serm. de penit. CHEMNITIVS in exam. Trid. de contritione in sess. 14. can. 5.

quò pœnitens adiutus viam sibi ad iustitiam parit. Quare dari potest actus bonus non tendens in Deum propter se dilectum: hoc enim motuum est charitatis: quod dum statuitur omni actui bono commune, virtutes omnes cum caritate confunduntur, contra Scripturæ, PP. ac DD: omnium consensum.

S C R I P T V R Æ

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

EXOD. 20. v. 20. Vt probaret vos venit Deus, & vt terror illius esset in vobis & nō peccaretis. IOB 9. v. 28. Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti.

PSAL. 118. v. 120. Confige timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui.

PROVERB. 14. v. 27. Timor Domini fons vitæ, vt declinent à ruina mortis.

ECCLE. 1. v. 16. Initium sapientiæ timor Domini.

ECCLE. 6. 25. v. 25. Qui tenet illum (timorem) cui assimilabitur? Timor Dei initium dilectionis eius.

ISA. 26. v. 17. A facie tua (LXXII. à timore tuo) Domine concepimus, & quasi parturimus spiritum salutis.

MALACH. 1. v. 6. Si ego Pater, vbi est honor meus; & si Dominus ego sum, vbi est timor meus?

LUC. 12. v. 5. Ostendam autem vobis, quem timeatis: timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico vobis hunc timeate.

Utridè Christum inculcat TIMEATE, vt vtilem timoris honestatem commendat.

ROM. 8. v. 15. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis filiorum.

Fuit ergo acceptus spiritus timoris à Deo, vt asserit D. Thom. 2. 2. q. 19. art. 4. id confirmans ex illo Glossa in eum locum: vnus spiritus est, qui facit duos timores, seruilem, & castum.

APOCAL. 14. v. 7. Timete Dominum, & date illi honorem: quia venit hora iudicij eius.

C O N C I L I A

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

TRIDENTINVM sess. 6. can. 8. Si quis dixerit gehennæ metum, per quem ad Dei misericordiam de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit.

Caluin. in Antid. Trid. rei veritate conuictus hic respondet: Amen: est aliquem timorem peccaminosum esse asserat cum Augustino. Certè se respondere nequit, qui omnem timorem ex metu pœnarum conceptum, pleno ore proclamari esse peccatum.

TRIDENTINVM sess. 14. cap. 4. Illam verò contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu concipitur, si voluntatem peccandi excludat eum spe veniæ, declarat non solum non facere hominem hypocritam, verum etiam donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsus, quo pœnitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat. . . . Hoc enim timore vtiliter concussit Niniuite. . . . Quamobrem falsò quidam calumniantur Catholicos Scriptores, quasi tradiderint sacramentum penitentiae absque bono motu suscipientium, gratiam conferre.

IDEM sess. 14. can. 5. Si quis dixerit eam contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem & detestationem peccatorum, quæ quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ,

suâ, ponderando peccatorum suorum gravitatem . . . amissionem aternæ beatitudinis, & aternæ damnationis incursum . . . non esse verum & vilem dolorem, nec præparare ad gratiam. . . . anathema sit.

COLONIENSE celebratum anno 1536. part. 7. cap. 32. Nemo hic excusationem prætexat, quod non trahatur: quod Dominus semper stet ad ostium pulsans; per internum & externum verbum commoneans, vt conuertamur à via nostra pessima, & inclinans quoniam ita & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum.

SS. PATRES

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

TERTULLIANVS *lib. de pœnit.* Si de exomologesi retractas, gehennam in corde considera, quam tibi exomologesis extinguit, & pœnæ magnitudinem prius imaginare, vt de remedij adeptione non dubites.

CYPRIANVS *lib. 3. ad Quirinum cap. 20. ait:* Fundamentum & firmamentum spei, ac fidei esse timorem.

Ruinofum & imbecille fundamentum, si omnis timor pœnarum peccaminosus sit.

IDEM *de laude martyrij:* Nos ad hunc gloriæ titulum (*martyrij*) metus excitet futurorum: etenim quibus magna promissa sunt, magis magna sunt, quæ metuenda ipsis videantur.

CLEMENS ALEXANDRINVS *lib. 2. Strom.* Ac primò quidem ad salutem inclinatio, nobis fides apparet, postquam timor & spes & pœnitentia. . . . Qui timorem autem acculant, legem insectantur; quod si legem, clarum est quod illum quoque, qui legem dedit.

BASILIVS *in psal. 33.* Nisi timor instituendæ vitæ nostræ rudimenta iaciat, impossibile fuerit castitatem, sanctimoniamque legitime obseruari.

IDEM *ibid. Diuites egerunt.* Timor salutaris est, qui sanctitatis operatorius. Vis enarctem qualis sit? Si quando te senseris ad vnum aliquod cieri, ac proflire peccatum; ad mentem reuoca formidabile illud, nec vlli mortaliū tolerabile Christi iudicium. . . . Hæc timor, & hoc timore eruditus, animam à concupiscentia ad hæc malâ, velut fræno quodam rehide.

IDEM *in psal. 32.* Necessariò velut introductorius ad pietatem timor assumitur, dilectio verò deinceps succedens, à timore scientifico adoptatos perficit.

IDEM *Hom. in principium Prouerb.* Quamobrem initium sapientiæ timor Domini dicitur, animæ verò purgatio timor Domini, secundum Prophetæ preces ad desiderium dicentis: confige timore tuo carnes meas.

Audin, anima purgatio timor Domini?

CHRYSOSTOMVS *ad popul. Antioch. homil. 15.* Quid gehennâ grauius? sed huius metu nihil vtilius: gehennæ namque timor regni nobis adfert coronam. . . . Nihil enim tantum peccata quidem consumit, virtutem verò crescere facit & germinare, quantum continui timoris natura. Propterea qui non viuit in timore, rectè illum agere non est facile: sicut vicillim cum timore viuentem, est impossibile peccare. . . . Nisi bonus esset timor, non multos impendisset Christus sermones, & longos de illa pœna & supplicio loquens.

Quis hæc legat & Iansenium audiat dicentem: Apertissimum est, impossibile esse, vt ille non peccet, qui pœnitentia non peccat? Tom. 2. col. 505.

IDEM *lib. 1. de compunct. cordis sub finem:* Hoc solum est quod exposcitur à nobis, vt gehennam ponamus in conspectibus nostris, & Angelos, qui in die iudicij vbique discurrunt, & congregant de omni orbe terrarum eos, qui tradendi sunt in gehennam ac supplicij tradendi.

Quorsum hæc exposcuntur, nisi ad efficacem timorem concipiendum?

EPHREM *de iudicio & compunctione:* Compunctio illuminatio est mentis, & sanitas animæ: compunctio remissionem peccatorum nobis iugiter conciliat.

S. HIERONYMVS *in cap. 1. Malach.* Vult itaque primò Deus, vt filij eius simus, & bonum voluntate faciamus; si hoc consequi nolumus, vt saltem seruos suos habeat, & à malis per suppliciorum formidinem recedamus.

IDEM *in cap. 2. Mich.* Qui pudore & verecundiâ non tenentur, agant pœnitentiam, saltem comminatione pœnarum.

IDEM *rom. 3. operum ad Fabiol. mansione 23.* Dominus regit me, &c. iungit timorem, qui cultus est beatitudinis: virga tua, &c. & est sensus: Dum tormenta formido, seruari gratiam, quam receperam.

IDEM *ibid. mans. 28.* Timore supplicij & eius loci, vbi est fletus & stridor dentium, deferens diaboli vincula, Christo Domino credentium turba colla submittit.

S. AMBROSIVS *lib. 2. de vocat. gent. cap. 9.* Quid tam beatificum quam hic timor. cum ergo hic timor etiam per quamdam vim magni terroris immittitur, non ibi ratio extinguitur, nec intellectus aufertur, sed illa potius, quae mentem premebat, caligo discutitur; ut voluntas deprauata prius, atque capteua, recta efficiatur & libera.

IDEM *in psal. 118. v. 120.* Configat carnales cogitationes timor Domini & iudiciorum eius, & seruituta redigat. Quod carnes istae reiciunt clauos diuini timoris, haud dubie dicitur: non permanebit spiritus meus in his hominibus, quia carnes sunt.

Permanebit ergo spiritus in homine per timorem Domini & iudiciorum.

IDEM *ad virg. laps. cap. 3.* Pœnitentia sic agitur: si tibi ante oculos ponas, de quanta gloria rueris, & de quo libro vitæ nomen tuum deletam sit, & si te iam credas prope ipsas politam tenebras exteriores. Quantumuis laborem, quantamuis afflictionem subire esto contenta, dummodo ab aternalibus pœnis libereris.

IDEM *lib. 7. in Luc. c. 12.* Nolite timere, &c. Pulchre addidit animæ tantum formidabile esse supplicium, pœnam corporis non esse metuendam: mors enim naturæ esse, non pœnæ est. Et ideo mortem supplicij corporalis esse defectum, pœnam verò animæ esse perpetuam, eoque Deum solum esse metuendum.

AVGVSTINVS *tom. 10. serm. 214. de temp.* Cum timetur pœna, quam (Deus) minatur, discitur amari præmium, quod pollicetur, ac sic per timorem pœnæ bona vita retinetur. Per bonam vitam bona conscientia comparatur, ut per bonam conscientiam nulla pœna timeatur. Quapropter discat timere, qui non vult timere: discat ad tempus esse sollicitus, qui semper vult esse securus.

IDEM *tom. 8. in psal. 127.* Vbi vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Audiunt hæc homines, & quia verè futura sunt impiis, timent & continent se à peccato. Habent timorem, & per timorem continent se à peccato: timent quidem; sed non amant iustitiam: cum autem per timorem continet se à peccato, fit consuetudo iustitiae, & incipit quod durum erat amari, & dulcescit Deus, & iam incipit homo iuste viuere. Timet ne mittatur in gehennam, bonus est & utilis iste timor.

Quid in rem nostram elarius? Bonus est, & utilis iste timor.

IDEM *in epist. Ioann. tract. 9.* Nondum est in illo perfecta caritas. Numquid tamen desperandum est? In quo vides initium, cur desperas finem? Quod initium video inquires: ipsum timorem. Audi Scripturam: Initium sapientiæ timor Domini. Quantum autem mortificat iste, qui timere cepit diei iudicij, membra sua super terram; tantum surgunt & corroborantur membra caelestia: membra autem caelestia omnia opera bona, &c.

IDEM *de catechizandis rudibus cap. 5.* Rarissime accedit, imò verò nunquam, ut quisquam veniat volens fieri Christianus, qui non sit aliquo Dei timore percussus.

IDEM *lib. 4.* Ipsa etiam severitate, quæ corda mortalium saluberrimo terrore quatuntur, caritas adificanda est.

Alienissimum est à mente August. qui timorem non tantum non saluberrimum esse contendit, sed peccatum.

IDEM *contra aduers. leg. & prophet. lib. 1. cap. 16.* Salubriter non solum bonitatem, verum etiam severitatem Dei, sacra Scriptura commendat: quoniam & amatur Deus utiliter & timetur.

IDEM *De verbis Apost. serm. 13.* Timor seruus est, caritas libera est; & ut sic dicamus: timor est seruus caritatis. Ne possideat diabolus cor tuum, præcedat seruus in corde tuo, & seruet domina venturæ locum: fac vel timore pœnæ, si nondum potes amore iustitiæ.

IDEM *in epist. Ioann. tract. 9.* Initium sapientiæ timor Domini, timor quasi præparat locum caritati, &c. maior caritas minor timor, minor caritas maior timor; si autem nullus timor, non est quæ intret caritas.

IDEM *in psal. 127. in illud: Beati omnes qui timent Dominum, &c.* Ille timor nondum castus, præsentiam Domini & pœnas timet, timore facit, quidquid boni facit: non timore amittendi bonum illud, sed timore patiendi illud malum: non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est, & iste timor utilis est.

IDEM *lib. de gratia & lib. arbit. c. 18.* Cauere debemus ne nos arbitremur non accepisse spiritum timoris Dei, quod sine dubio magnum est donum Dei. non quo timore Petrus Christum negauit, sed illius timoris spiritum accepimus, de quo dicit ipse Dominus Christus: Eum timete, qui habet potestatem animam & corpus perdere in gehennam.

IDEM *tract. 9. in epist. Ioann.* Opus est ergo ut intret timor primò, per quem veniat caritas: timor medicamentum, caritas sanitas.

Si timor est malus, quomodo medicamentum & non potius venenum.

IDEM *tract. 9. in epist. 1. Ioann.* Si nullus est timor, non est quæ intret caritas: sicut videmus per fetam introduci linum, quando aliquid sinitur; seta prius intrat, sed nisi exeat, non succedit linum.

num: sic timor primò occupat mentem, non autem ibi remanet, quia idè intrat, vt intro-
duceret caritatem. . . . Stimulat timor; noli timere: intrat caritas, quæ sanat quod vulne-
rat timor.

S. GREGORIUS *hom. 34. in Euang.* Prava mens si non priùs per timorem evertitur, ab affluentis
vitiis non emundatur.

IDEM *lib. 28. moral. cap. 8.* Cùm futurorum timor infunditur, vt bonæ vitæ surgat ædificium
iam fundamenta construuntur.

S. BERNARDVS *tract. de præcepto & dispensatione*: Bonus quidem obedientiæ gradus est, si
iuxta magistri nostri sententiam propter metum gehennæ quisquam obedierit: melior tamen
cùm ex Dei amore obeditur.

Si timor bonus, caritas melior; ergo ille, etiam citra caritatem, propriam sibi habet bonitatem.

IDEM *serm. 37. in Cant.* Tenetis memoriã neminem absque sui cognitione salutari, de qua ni-
mirum mater salutis humilitas oritur, & timor Domini; qui & ipse sicut initium sapientiæ, ita
est & salutis. . . . tam ergo vtraque ignorantia cauenda est tibi, quàm sine timore, & amore
Dei salus esse non potest.

DD. SCHOLASTICI

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

D. THOMAS *2. 2. q. 19. art. 4. c.* Seruilitas non pertinet ad speciem timoris seruilis, sicut nec in-
formitas ad speciem fidei informis. . . . Et idè timor seruilis secundùm suam substantiam
bonus est, sed seruilitas eius mala.

IDEM *3. p. q. 85. art. 5.* Alio modo possumus loqui de penitentia quantum ad actus, quibus
Deo operanti in penitentia cooperamur, quorum actuum primum principium est Dei ope-
ratio conuertentis cor. . . . Secundus actus est motus fidei. Tertius est motus timoris seru-
ilis, quo quis timore suppliciorum à peccatis retrahitur. . . . Sic igitur patet, quòd actus pen-
nitentiæ à timore seruili procedit, sicut à primo motu affectus ad hoc ordinato, à timore au-
tem filiali sicut ab immediato & proximo principio. . . .

Ad 1. dicendum, quòd peccatum primò incipit homini displicere (*maximè peccatori*) pro-
pter supplicia, quæ respicit timor seruilis.

Ad 3. dicendum, quòd ipse etiam motus timoris procedit ex actu Dei conuertentis cor,
vnde dicitur Deuteron. 5. Quis det eos talem habere mentem, vt timeant me: Et idè per
hoc quòd penitentia à timore procedit non excluditur, quin procedat ex actu Dei con-
uertentis cor.

BONAVENTURA *in opusc. de grat. sanctif. lib. 5. cap. 4.* Timor seruilis donum Spiritus sancti
est, nec tamen est cum Spiritu sancto, sicut aurora est à sole, nec tamen cum sole est. Timor
seruilis Spiritui sancto locum præparat, vt eum sicut seta filum introducat. . . . Timor
seruilis duo facit. Primum est quòd viam præparat caritati. Secundum quòd retrahit à pec-
cato motu pœnæ tantùm.

ALEXANDER ALENSIS *3. par. quest. 76. memb. 2. & 3.*

DIONYSIUS CARTHUSIANVS *in 3. distinct. 34. quest. 3.*

DOMINICVS SOTO *in 4. distinct. 14. q. 2. art. 5.*

PETRVS LEDESMA *in Theolog. mor. tract. de penit. c. 7.*

DIDACVS CABEZUDO *in 3. p. de contrit. q. 1. art. 2. dub. 2. asserens id esse moraliter certum.*

GAMACHEVS *1. 2. q. 19. de dono timoris c. 5.*

ALPHONSVS à CASTRO verbo Timor, *heresi 1. contra Lutheranos, & verbo Contritio.*

DVRANDVS *in 3. p. dist. 34. q. 4. n. 9.*

BANNES *2. 2. q. 19. a. 4. conclusionem 1.*

BONACINA *tom. 1. disp. 5. q. 5. puncto 3. propos. 3. n. 4.*

NAVARRVS *tom. 2. de contrit. cap. 1. num. 8. in manuali.*

LORCA *2. 2. q. 19. disp. 12. n. 4. sect. 2.*

PVTEANVS *3. par. quest. 85. art. 5. dub. 1.*

KELLISONVS *1. 2. q. 42. & 3. p. q. 1. de penit. art. 2.*

DVYALLIVS *2. 2. tr. de spe quest. 3. art. 2.*

GABRIEL *in 4. dist. 14. quest. 2. dub. 3.*

PESANTIVS. *quest. 86. disp. 1. art. 5.*

ACADEMIA LOVANIENSIS

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

DIEDO de captiv. & redemp. c. 2. tract. 4. p. 6. Quamvis timor sit cum peccato in eo, qui nondum amat iustitiam; is tamen qui timer gehennam ignis, aut iustum Dei iudicium, neque peccat, neque Deum offendit in eo quod sic timet.

IDEM *ibidem* c. 7. Manifestum est timorem gehennæ ignis, qui & donum est Spiritus sancti, esse vtilem ad iustificationem impij, & ex illo conuersionem hominis sæpenumerò sumere originem.

JACOBUS LATOMYS de sacram. Pœnit. art. 3. Habet veram (homo) erga Deum obedientiam, volendo confiteri solum intentione satisfaciendi præcepto, vel timore offendendi præcipientem.

RYARDVS TAPPERVS art. 4. pag. 185. Attritio ex timore pœnarum supernaturalium, idonea dispositio est ad sacramentorum Baptismi, & Pœnitentiæ gratiam percipiendam: vt cum quis detestatur omnia peccata mortalia, & propterea confitetur, ne per peccatum excludatur à gloria, vel ne in supplicium ignis sempiterni coniciatur: qui etiam si cognoscat se non habere contritionem, sed tantum hanc attritionem, probabilis est Doctorum sententia, quòd licet accedit ad Baptismi & Pœnitentiæ sacramenta suscipienda.

YDOEVS RAVESTEIN Tiletanus p. 1. de preparat. ad iustific. c. 1. Ex fide per considerationem diuinæ iustitiæ nascitur timor, quo vtiliter conuertuntur homines vt peccata deserant, (altera diuini iudicij timore.

CYNERVS PETRI Episc. Leovvardiens. de charit. art. 2. Quantus luctus infidelium est futurus, qui eos secum in vitæ æternæ requie non habebunt; id quod inde accidit, vel quoniam imperfecta pœnitentiâ decedunt, quæ solet attritio vocari & sine sacramento per se ad iustificationem non sufficit; vel quia non plenam ex conuersione sua remissionem sunt consecuti.

THOMAS STAPLETONVS Tom. 2. Proleg. 1. in lib. 5. Hic timor etsi seruilis sit, nec semper necessaria dispositio, tamen & vtilis est quoties adhibetur, & cum contraria dispositione nemo iustificatur. . . . Cum timor gehennæ obiectum habeat proportionatum timori, & nullâ extrinsecâ circumstantiâ vitietur; necessariò debet esse bonus. Vtiliter autem disponere inde constat, quod & à peccatis cauere, & de præteritis dolere, & ad Dei misericordiam confugere docet.

GVILIELMVS ESTIYS l. 3. sentent. distinct. 34. §. 7. Vtique adeò autem fatendum est, bonum esse hunc pœnæ timorem, vt Apostolus eum testetur esse donum Spiritus sancti.

IDEM in 4. dist. 54. §. 13. Quamvis igitur hic timor neque sit iustitia, neque aliquid iustitiæ, quia seruilis est; rectè tamen vocatur initium pœnitentiæ, iustitiæ & sapientiæ; quatenus nimirum hominem per peccatum à Deo alienatum, ad pœnitentiæ, iustitiæ, & sapientiæ, & per consequens ad Deum ducit & reuocat.

JACOBUS BAIVS lib. 2. Relig. Christ. c. 84. Ex quibus liquet, quàm falsò Lutherus dixerit timorem seruilem esse malum, quia efficiat hominem hypocritam, magisque peccatorem, quàm proprius eius effectus sit, voluntatem à peccando impedire. . . . Hinc Deus primum hominem timore mortis à peccando deterruit, Iudæosque suppliciorum comminatione.

IOANNES MALDERVS Episc. Antwerp. 2. 2. q. 19. art. 4. Respondeo cum D. Thoma timorem seruilem secundum substantiam solum dicere timorem pœnæ; atque hæcenus non esse malum secundum substantiam. . . . Timorem gehennæ non esse malum definit Trident. sess. 6. Can. 8. estque tam euidens, ac amare beatitudinem, quæ priuat gehennæ, esse bonum.

GVILIELMVS MER CERVVS ad supp. D. Thoma q. 1. art. 3. de contrit. Bonum esse detestari peccatum propter timorem gehennæ, non solum vt occasionem (prout vexatio dicitur dare intellectum) sed etiam vt finem proximum: quia intentio finis ex obiecto suo bona est, cum sit voluntas fugiendi pœnam ex se odio dignam, & medium, scilicet detestari peccatum, est bonum, & proportionatum ad illum finem.

IOANNES VVIGGERS de Virtut. Theol. q. 19. art. 4. n. 14. Timor pœnæ, à Deo infligendæ, secundum se vtilis est & bonus.

ARTICVLVS XVII

An amor concupiscentiæ respectu Dei sit vitiosus:

I A N S E N I V S.

THEOLOGI SOCIET.

I. **C**oncupiscentia respectu Dei amor vitiosus est: nam ille semper quidquid concupiscit, hoc vltimò ad ipsum amantem refert. Tom. 3. de stat. nat. lapsæ lib. 3. c. 20. col. 525.

II. Spem Christianam deprimunt, qui eam subtrahunt charitati: & quodam sinceritatis adulterio, puritatem diuinæ, & gratiæ charitatis, in concupiscentia amorem, aut in mercenariæ cupiditatis fœditatem vertunt. Tom. 3. lib. 5. c. 9. col. 526.

a To. 3. lib. 5. cap. 10. col. 530.

b ibid. col. 531.

III. a Absit, ut ita Christianus propter retributionem operetur, ipsum Deum mercedem tamquam sibi vtilem expectando. b Ex quo amore nascitur, ut etiam penas timeat. Sed sicut ex illo timore nunquam iustitiam Dei operabitur; ita etiam ex illo concupiscentia amore, nunquam iustitia diligitur.

Consonant Hæretici nostri temporis.

LUTHERVS in assertionibus articulorum contra Bullam Leonis X. ass. 6. CALVINVS in Antidoto Conc. Trid. sess. 6. in can. 25. & 31. BVGAVRVS DE MONTE FALCONE in Catalaunia damnatus fuit ob hanc doctrinam, ut refert Bernardus à Luxemburgo in Catalogo hæreticorum.

I. **N**on omne quod minus perfectum est, continuo vitiosum est. Et si igitur actus quo Deum, vt nobis bonum, desideramus, à perfectione charitatis deficiat; non idem in vitium numerari debet, cum cetera obiectum honestum habeat.

II. Spem Christianam intra obiecti sui proprios limites relinquunt, qui eam à charitatis motu separant: nec adulterant eam, aut aliqua fœditate inficiunt; sed legitimo ac connaturali nitore exornant; vt perfectioni charitatis animum præparet.

III. a Pari passu procedunt: timor amissionis æternæ beatitudinis, aut incurrendi gehennam, & amor quo beatitudo, vt merces operis meritorij, desideratur. b Quoniam vt ille amor natus vtilis ac bonus est, & peccatum omne excludere potest; ita æquè ex hoc amore, peccatum omne vtiliter vitari potest, & iustitia diligi.

S C R I P T V R Æ

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

PSAL. 118. v. 112. Inclinaui cor meum, ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem.

PROVERB. 11. v. 18. Seminanti autem iustitiam, merces fidelis.

ECCL. 12. v. 2. Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam: & si non ab ipso, certe à Domino.

1. COR. 9. v. 25. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.

COLOSS. 3. v. 24. Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus: scientes, quod à Domino accipietis retributionem hereditatis.

HEBR. 11. v. 25. Maiores diuitias aestimans thesauro Ægyptiorum, improprium Christi aspicebat enim in remuneratorem.

1. Pt.

I. PETRI 5. v. 4. Cùm apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.
APOC. 2. v. 10. Esto fidelis vsque ad mortem; & dabo tibi coronam vitæ.

C O N C I L I A

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

TRIDENTINVM sess. 6. Can. 31. Si quis dixerit: iustificatum peccare, dum intuitu aternæ mercedis bene operatur, anathema sit.

IDEM sess. 14. Can. 51. Si quis dixerit: eam contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, ponderando amissionem aternæ beatitudinis... non esse verum, & vilem dolorem... anathema sit.

S S. P A T R E S

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

CYPRIANVS lib. de exhortat. Martyrij cap. vlt. Hæc oportet mente, & cogitatione complecti; hæc die, ac nocte meditari: si talem persecutio inuenit Dei militem, vinci non potest, virtus ad præmium prompta.

HIERONYMVS Psal. 118. v. 112. Propter retributionem vitæ aternæ, vt illam merear percipere.

AVGVSTINVS in Psal. 120. Noli facere (*opus bonum*) nisi propter vitam aternam: ideo fac, & securus facies.

Vide apud Vegam in Concil. Trident. *lib. 11. cap. 40.* alia loca Cypriani, Hieronymi, Augustini, Chryostomi, Hilarij, Anselmi, Theophylacti.

D D. S C H O L A S T I C I

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

D. THOMAS Opusc. de dilect. cap. 22. Voluntate Deum diligis dilectione concupiscentiæ, cùm ipsum vis: hæc est bona voluntas, imò optima, quæ vult summum bonum. Item dilectione amicitæ voluntatem tuam suæ conformas; quia amicorum est: idem velle & nolle.

D. THOMÆ consentiunt passim Interpretes in *Psal. 118.* Genebrardus, Agellius, Ludolphus, Pelbertus, Pullifctus, Petrus de Herentaels. Item Vega supra cap. 39. Nauarrus in Manuali *cap. 17. n. 209.* & alij Scholastici communiter.

D D. S C H O L A S T I C I

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

CORN. IANSENIUS Episcopus Gandens. in *Psal. 118. v. 112.* Itaque animum meum à caducis huius sæculi rebus abstractum, accommodaui; vt opere præstem iustissima præcepta tua, toto tempore vitæ meæ: idque vt consequar eam mercedem, quæ in lege tua promissa est, seruantibus mandata tua.

THOMAS STAPLETONVS tom. 2. lib. 10. cap. 13. Intuitus aternæ mercedis, multis de causis non est mercenarius: quia mercenarius, sic mercedem principaliter intuetur, vt non solum eâ sublatâ nihil faceret; sed etiam propter ipsam mercedem solum, & potissimum id faceret.

RVARDVS TAPPERVS art. 8. ad argumenta Bucerij §. Cui responder. Possumus ante iustificationem, Deum amare: & ex hoc amore, peccata nostra odisse.

Nimirum vultiter ad Penitentiam, vt ibi expressè tradit, adeoq; intelligit de amore concupiscentiæ, respectu Dei.

IOANNES MALDERVS Episcopus Antwerp. *2. 2. q. 17. art. 2. sect. 3.* Amor concupiscentiæ (*Dei*) in quâ radicatur actus spei, non oritur ex amore benevolentæ naturalis; sed supernaturali, quo homo vult sibi vitam aternam.

Si amor concupiscentiæ Dei supernaturalis est, certè non est vitiosus.

IOANNES VVIGGERS 2. 2. q. 17. de spe art. 2. Notab. 3. Vnde & vocari solet amor Dei concupiscentiæ, qui & ipse honestus, & Deo dignus, ac supernaturalis.

ARTICVLVS XVIII.

An attritio sit sufficiens dispositio ad gratiam
Sacramenti Pœnitentiæ?

I. IANSENIVS.

THEOLOGI SOCIET.

I. **A**d miratione dignum est, quod nonnulli docent dolorem, quo quis de peccatis ex timore pœnarum infernalium dolet, eaq. detestatur, sufficientem esse dispositionem ad iustificationem in Sacramento Pœnitentiæ recipiendam. Dolor enim iste ad iustitiam acquirendam proportionem non habet. Nam quod illi dicunt, attritionem huiusmodi, in se continere voluntatem omnia peccata relinquendi, & falsum est, & impossibile: & quamvis verum esset, non tamen huiusmodi dolor dispositio ad iustificationem esse posset. Tom. 3. lib. 5. c. 33. col. 589.

^a Sententia prædicta in mera hallucinatione fundata est. Nam docet Tridentinum materiam Sacramenti Pœnitentiæ esse contritionem. ^b Et significat Concilium attritionem esse veri nominis, & rationis contritionem: quia animi dolorem, & detestationem de peccato commisso, & propositum non peccandi de cetero, illi attritioni attribuit, quæ sunt ipsissima, quæ ad contritionem requisierat, & quibus duabus conditionibus ab attritionis essentia reicitur omnis illa attritio, quæ ex solo timore pœnæ, etiam æternæ, proficitur. ^a Tom. 3. lib. 5. cap. 34. col. 590. ^b Ibid. col. 591.

II. Vniuersa Concilij Tridentini doctrina de Iustificatione clamat, veram contritionem (in qua fiat cor contritum & humiliatum) verum peccatorum, non gehennarum aut dolorum odium ac detestationem, veram non peccandi voluntatem, veram iustitiæ dilectionem (ex qua oritur tristitia secundum Deum) iustificationem quamlibet antecedere debere; quorum profecto nullum ex dolore peccatorum propter solum gehennæ metum; sed ex sola illa contritione, quæ ex offensionis Dei pio dolore proficitur. Tom. 3. col. 592.

III. Falli-

I. **N**on magis mirum est attritione, ex gehennæ metu conceptâ, debite peccatorem disponi ac sufficienter ad gratiam Sacramenti Pœnitentiæ; quam per huius institutionem subleuatam esse eam, quæ olim fuit, difficultatem iustificationis obtinendæ. Cùm enim hoc sit Sacramentum mortuorum; contritionem imperfectam, seu attritionem dumtaxat requirit, vt aperte fati colligere est ex Tridentino, ^a suffragante in eo nobis plurium consensu. Porro cùm attritio efficacialis sit, vt per eam sine peccandi affectu à peccatis abstinemus, teste Trident. ^b & Spiritus sancti donum, ^b quid ni proportionata sit ad gratiam Sacramenti dispositio? Quare qui hanc ex motiuo charitatis necessariò concipiendam esse docet, naturam huius Sacramenti euerit, & contra Scripturam & Patres, communicatam nobis negat potestatem remittendi peccata.

II. Vti ex Tridentini doctrina agnoscimus ad gratiam Sacramenti Pœnitentiæ requiri contritionem imperfectam, quæ sit veteris vitæ odium, ac sincerum piæ vitæ desiderium: ita ex præscripto eiusdem Concilij, & doctrina PP. liberè profitemur, duas istas condiciones attritioni ex gehennæ metu conceptæ conuenire; quod per illam, dum efficax est, subiciat se quis, quoad omnia, legi diuinæ, quodque eius auctorem ex timore offendere recuset. Ex quo quidem affectu non proxime deletur culpa, vt contritione perfectâ, sed obex tollitur, vt se exereat queat virtus Sacramenti, nihil aliàs effectura.

III. Per

Iansenius.

Theologi Societatis.

III. Fallitur quisquis putat per Sacramentum Pœnitentiæ effectum esse, ut iam duplex sit iustificationis modus; unus per contritionem, alter per illam attritionem, quæ solo pœnarum timore de peccatis doler: sed unus & idem semper est, & fuit iustificationis modus per dolorem de offensione Dei. Tom. 3. col. 593:

III. Per Sacramentum Pœnitentiæ effectum esse, ut duplex sit iustificationis modus; atque ut tam contritio, quam attritio prædicta sit sufficiens dispositio ad fructum Sacramenti, tradunt Scripturæ, Concilia & Patres, dum contritionem perfectam statim caritate formari testantur, ac Sacramenta quædam

per se instituta esse ad remittenda peccata. Certè Tridentinum quosdam ex timore diuinæ iustitiæ moueri ait aduersus peccata, per odium aliquod ac detestationem. Ac deinde cap. seq. subnectit: Hanc dispositionem iustificatio ipsa consequitur: cuius causam instrumentale assignat baptismum, effectum verò remissionem peccati. Simili modo alibi tradit peccatorem per attritionem disponi ad gratiam Sacramenti impetrandam.

SCRIPTURÆ

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

PRO Scripturis & Patribus allegandis Nota: Attritionem esse sufficientem dispositionem ad gratiam Sacramenti Baptismi, & Pœnitentiæ obtinendam, non ita disertè asserit Scriptura; sed apertè id conficitur ex iis locis, quibus dicitur omnis perfectè contritus eo ipso gratiâ iustificationis donari: & ex iis, quæ prædicta Sacramenta per se instituta esse ad remittenda peccata, affirmant. Si enim perfectè contritus statim consequitur gratiam iustificantem, fieri nequit, ut vnquam per Sacramenta recipiat remissionem peccatorum, quippe iam prius obtentam. Ut ergo Baptismus ac Pœnitentiâ finem eum, ad quem sunt per se instituta, aliquando consequantur, necesse est, ut non nisi attritionem requirant. Quare ex Scripturæ, & Patres adducendi, quibus vtrumque prædictum caput probetur.

PRIMA PARS.

Contritioni perfectæ annexam esse iustificationem.

REG. 2. c. 12. v. 13. Peccaui Domino... Dominus quoque transtulit peccatum tuum.

PROVERB. 8. v. 17. Ego diligentes me diligo. Non ait diligam, sed diligo. Idem merito Bernardus episc. 170. Nemo se amari diffidat, si iam amat.

EZECH. 18. v. 21. & 22. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est... omnium iniquitatum eius non recordabor.

EZECH. 33. v. 12. Iustitia iusti non liberabit eum, in quacumque die peccauerit: & impietas impij non nocebit ei, in quacumque die conuersus fuerit ab iniquitate sua.

Inanis est comparatio, si iustitia statim amittitur peccando, & per perfectam pœnitentiam de peccato, non statim recuperatur.

LYC. 7. v. 47. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

1. PETR. 4. v. 8. Caritas operit multitudinem peccatorum.

1. IOANN. 4. v. 7. Omnis qui diligit, ex Deo natus est.

Ergo filius Dei est, & non seruus peccati.

1. IOANN. 3. v. 14. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.

1. IOANN. 4. v. 16. Deus caritas est, qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo.

Hæc ex communi DD. consensu efficaciter probant perfectè contrito gratiam iustificationis statim conferri, ut opus nonnulli scandalosum, temerarium, parum in fide tutum, erroneum esse affirmant. Præsertim cum duo Pontifices (Pius V. & Gregorius XIII.) damnarint propositionem 31. 32. & 71. quibus dilectionem perfectam posse esse sine remissione peccatorum assererat quidam Theologus.

CONCILIA

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

TRIDENTINVM *sess. 14. cap. 4.* Docet præterea contritionem hanc aliquando caritate perfectam esse; hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc sacramentum actu suscipiatur.

SS. PATRES

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

EPHREM *de iudicio & compunct.* Compunctio illuminatio est mentis, & sanitas animæ. AMBROSIVS *in psal. 118. serm. 15.* Caritas culpam, & omnia peccata mortificat, caritas mortis ictus interimit, denique morimur flagitiis, atque peccato, dum Domini mandata diligimus.

AVGVSTINVS *in 1. Ioan. epist. tract. 1.* Opus est vt intret primò timor, per quem veniat caritas timor medicamentum, caritas sanitas.

Vbi sanitas, non ibi mors peccati est.

IBIDEM: Diligendo amici facti sumus. *Et infra:* Anima nostra sœda est per iniquitatem, amando Deum pulchra efficitur Quantum in te crescit amor, tantum crescit pulchritudo quia ipsa caritas est animæ pulchritudo.

Vbi adest pulchritudo animæ, abest macula mortalis.

IDEM *de Trinit. lib. 15. cap. 18.* Nullum est caritatis dono excellentius, solum est quod dividit inter filios regni, & filios perditionis æternæ Dilectio igitur, quæ ex Deo est, & Deus est, propriè Spiritus sanctus est, per quem diffunditur in cordibus nostris Dei caritas, per quam nos tota inhabitat Trinitas.

IDEM *de nat. & grat. cap. 42.* Caritas verissima, plenissima, perfectissimaque iustitia est.

Et cap. ultimo: Caritas inchoata, inchoata iustitia est; caritas prouecta, prouecta iustitia est; caritas magna, magna iustitia est; caritas perfecta, perfecta iustitia est.

Perfecta iustitia non est, quæ compatitur mortale, quod iniustitia est.

S. LEO *epist. 91.* Misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera conuersio: dicente Spiritu Dei per Prophetam: Cùm conuersus ingemueris, tunc saluus eris.

GREGORIUS *in Euang. homil. 33.* Quid fratres mei esse dilectionem credimus nisi ignem, & quid culpam nisi rubiginem? vnde nunc dicitur: Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum: ac si aperte diceretur: incendit plenè peccati rubiginem, quia ardet valide per amoris ignem. Tantò namque ampliùs peccati rubigo consumitur, quantò peccatoris cor magno caritatis igne concrematur.

BERNARDVS *de modo bene viuendi serm. 10.* Compunctio cordis, sanitas animæ est, illuminatio mentis est: compunctio lacrymarum, remissio est peccatorum: quia tunc peccata dimittuntur, quando cum lacrymis ad memoriam reducuntur.

D. THO. *3. p. q. 89. art. 1. ad 2.* Actus primus pœnitentis se habet vt vltima dispositio ad gratiã. Cum S. Thom. consentiunt communissimè Scholastici tam antiqui, quam recentiores.

ALTERA PARS.

Baptismi ac Pœnitentiæ Sacramenta ex sua institutione remittere peccata.

SCRIPTURÆ

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

IOAN. 3. v. 5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

IOAN. 20. v. 23. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.

I. IOAN.

I. IOAN. I. 9. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra.
ACT. 2. v. 38. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum.

CONCILIA

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

SYMBOLVM CONSTANTINOPOLITANVM: Confitemur vnum Baptisma in remissionem peccatorum.

MILEVITANVM cap. 2. Quicumque paruulos ... dicit in remissionem quidem peccatorum baptizari; sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur; vnde sit consequens, vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit.

TRIDENTINVM sess. 4. Canonem prædictum Mileuitani confirmat.

IDEM sess. 6. cap. 6. Disponuntur ad ipsam iusticiam, dum peccatores se esse intelligentes à diuina iustitia timore ... in spem eriguntur ... Deumque tanquam omnis iustitiæ fontem diligere incipiunt, ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod, ac detestationem.

CAP. 7. subiungit. Hanc dispositionem seu præparationem iustificatio ipsa consequitur ... Huius iustificationis causa instrumentalis Sacramentum Baptismi ... in ipsa autem iustificatione, cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa, accipit homo.

SESS. 14. cap. 1. Si ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, vt iusticiam susceptam constanter tuerentur; non fuisset opus aliud ab ipso Baptismo Sacramentum ad peccatorum remissionem esse institutum ... Accipite Spiritum sanctum &c. Quo tam insigni facto, & verbis tam perspicuis potestatem remittendi & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles post Baptismum lapsos Apostolis, & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam.

IDEM cap. 4. Quamuis attritio ex gehennæ metu concepta sine Sacramento Pœnitentiæ per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat; tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit. Et Can. 1. Si quis dixerit ... Pœnitentiæ non esse verè & propriè Sacramentum pro fidelibus, quoties post baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis à Christo institutum, anathema sit.

IDEM can. 2. Si quis dixerit verba illa Saluatoris: Accipite Spiritum sanctum, &c. non esse intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata, in Sacramento Pœnitentiæ ... Anathema sit.

SS. PATRES

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

TERVILLIANVS lib. de Pœnitentiæ: Gehennam tibi exomologesis extinguit.
CYPRIANVS serm. de ablutione pedum: Quia post Baptismum, quem sui reuerentia non patitur iterari, aliud lauacrum procurasti.

CHRYSOSTOMVS de Sacerdotio lib. 3. Neque enim solum cum nos regenerant; sed postea etiam condonandorum nobis peccatorum facultatem obtinent.

HIERONYMVS lib. 1. contra Pelagianos: Redimatur sanguine Saluatoris, aut in domo Baptismatis, aut in pœnitentiæ, quæ imitatur baptismatis gratiam.

AMBROSIVS lib. 1. de pœnitentiæ cap. 7. In Baptismo utique remissio peccatorum omnium est. Quid interest? vtrum per pœnitentiæ, an per lauacrum hoc; ius sibi datum Sacerdotes vindicent: vnum in vtroque mysterium est.

AVGVSTINVS lib. 1. de adult. coniug. cap. vltimo: Quæ autem Baptismatis, eadem reconciliatiq. nis est causa, si fortè pœnitentem finiendæ vitæ periculum præoccupauerit: nec ipsos enim ex hac vita sine arrha suæ reconciliatiq. exire velle debet Mater Ecclesia.

IDEM lib. 2. de adulterinis coniugijs cap. 16. Si à Catechumeno factum est (homicidium) Baptismate clauditur: si à baptizato, pœnitentiæ & reconciliatiq. sanatur.

S. LEO

S. LEO EP. 21. ad Theodorum. Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subuenit humanis, ut non solum per Baptismi gratiam, sed etiam per poenitentiae medicinam, spes vitae reparatur aeternae, ut qui regenerationis donum violassent, proprio se iudicio condemnantes, ad remissionem omnium peruenirent, sic diuina bonitatis praesidiis ordinatis, ut indulgentia Dei nisi supplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri.

VICTOR UTICENSIS lib. 2. de persecutione Vandalica. Quibus nos miseros relinquitis, dum pergitis ad coronas: Qui hos baptizaturi sunt paruulos fontibus aquae perennis: Qui nobis poenitentiae munus collaturi sunt, & reconciliationis indulgentia, obstrictos peccatorum vinculis soluturi: Quia vobis dictum est: Quaecumque solueritis super terram &c.

HUGO à S. Victore lib. 2. de Sacramentis parte 1. 4. cap. 8. Petro dicitur: Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Non dixit quodcumque solutum ostenderit, fuit solutum; sed erit solutum: quia sententiam Petri non praecedit, sed subsequitur sententia caeli.

Qua non videtur ex his manifeste constare per Sacramenta praedicta culpa remitti mortales; non contritio, ergo attritio?

DD. SCHOLASTICI

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

THOMAS in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. Baptismus, & Sacramentum poenitentiae conueniunt quodammodo in effectu: quia vtrumque contra culpam ordinatur directe . . . Sed per poenitentiae Sacramentum nunquam datur gratia, nisi preparatio adit. Unde virtus clauium operatur ad culpae remissionem, vel in voto existens, vel etiam in actu se exercens, sicut & aqua Baptismi.

IDEM 3. p. q. 186. art. 6. c. Sicut remissio culpa fit in Baptismo, ita etiam remissio culpa est effectus poenitentiae . . . Et ad 3. Et ideo per hoc non potest concludi, nisi quod gratia est principalior causa remissionis culpa, quam poenitentia Sacramentum.

SCOTVS in 4. dist. 14. q. 4. art. 3. Attritio, etiam attritione, quae non habet rationem meriti, ad remissionem peccati, volens tamen recipere Sacramentum poenitentiae, sicut dispensatur in Ecclesia, & sine obice in voluntate peccati mortalis, recipit effectum Sacramenti . . . alioqui non appareret, quomodo Sacramentum poenitentiae sit secunda tabula, si nunquam per ipsum, ut Sacramentum est, posset recuperari gratia amissa.

PALVDANVS in 4. dist. 19. q. 1. art. 2. Et dist. 17. quest. 8. CAPREOLVS in 4. dist. 17. quest. 2. art. 4. LEDESMA 2. part. quest. 20. art. 1. DOM. SOTO lib. 2. de natura & gratia cap. 15. Et in 4. dist. 1. quest. 7. art. 2. CORDVBA lib. 1. quest. 1. Theol. quest. 2. VEGA lib. 13. in Trident. cap. 34. VICTORIA Relict. de potest. Eccl. quest. 2. SYLVESTER verbo Confessio quest. 21. CANO Relezione de poenit. p. 5 ad 2.

ACADEMIA LOVANIENSIS

Pro doctrina Societatis contra Iansenium.

DRIEDO de captiuitate & redemp. c. 2. tract. 4. p. 6 & 7.

IACOBVS LATOMVS de Sacram. poenit. art. 3.

RVARVVS TAPPERVS art. 4. pag. 135.

IVDOCVS RAVESTEIN p. 1. de preparat. ad iustificacionem c. 1.

CVNERVS PETRI de charitate art. 2.

THOMAS STAPLETONVS tom. 2. prolegom. 1. in lib. 5.

GVILIELMVS ESTIVS in 3. sentent. dist. 34. §. 7. Et in 4. dist. 54. §. 13.

IACOBVS BAIVS lib. 2. Religionis Christi cap. 84.

IOANNES MALDERVS Episcop. Antuerpiensis 2. 2. q. 19. art. 4.

GVILIELMVS MERCERVS ad supplement. D. Thoma q. 1. art. 3. de contrit.

IOANNES WIGGERS de virtut. Theologicis q. 19. art. 4. n. 14.

Sententias horum recitatas vide sup. art. 16.

CAPVT TERTIVM.

DOCTRINA

CORN. IANSENII

COMPOSITA CVM DEFINITIONIBVS

SACROSANCTI CONCILII

TRIDENTINI.

Hactenus doctrinam Theologorum Societatis IESV, Iansenianæ ex aduerso oppositam, stabiliuimus, subiectis sacrae Scripturæ, Conciliorum, sanctorum Patrum, Doctorum Scholasticorum, speciatim Academiae Louanienfis; & non paucorum, qui ex ea prodierunt, Episcoporum Belgij testimoniis. Quorum omnium auctoritate illam aduersus qualuis Iansenij impugnationes calumniasq; sat tutam arbitramur. Nunc eâ sepositâ, solius Iansenianæ doctrinæ Propositiones aliquot, cum oppositis Concilij Tridentini definitionibus collatas exhibebimus; iudicium prudenti ac docto Lectori relinquentes, quemadmodum his illæ consentiant.

ART. I. De peccato originali.

IANSENIVS.

CONCIL. TRIDENT.

I. Nec mors; nec ullum qualecumque malum, inferri potest creaturæ rationali sine culpa.
Tom. 2. lib. 3. de stat. puræ nat. cap. 1. & 6. col. 883. & 905.

II. Crudelitatem & iniustitiam spiritali, innocentem animam, nulli peccato obnoxiam, ad miseriam status præsentis condemnare. Tom. 2. col. 925.

III. Mortua est Deipara, & vitæ huius miseriam sustinuit. Ergo cum peccato omni actuali caruerit iuxta can. 23. necesse est eam secundum Iansenium originali non caruisse; imò nec carere potuisse, nisi & crudelis in eam & iniustus fuerit Deus. Quod an non repugnet grauiissimis Pauli V. & Gregorij XV. in contrarium Constitutionibus, viderit Iansenius. Consonat certe illi Propositioni a duobus Pontificibus damnata 1. xxi. Beata virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesq; eius afflictiones in hac vita sicut & aliorum iustorum fuerunt afflictiones peccati actualis vel originali.

-114-

M

Per

Iansenius.

Tridentinum.

III. Per præceptū Non concupisces, ipsi motus concupiscentia intelliguntur prohiberi: ideoq. illud præceptum solum in calo est complendum. Et infra: Huius vita iustitiatunc perficitur, quando concupiscentiis, etsi tumultuantibus, non consentimus.

To. 2. lib. 2. de statu nat. lapsæ c. 24. col. 414.

Si præceptum Non concupisces, non nisi in calo compleri potest: atque huius vite iustitia est concupiscentia non consentire; sentit ergo Iansenius motus etiam indeliberatos, & à quibus consensus abest (qui que tantum in calo cessabunt) illo præcepto esse prohibitos; intra Propositionem 1xxv. damnatam: Motus pravi concupiscentia sunt pro statu hominis vitiosi, prohibiti præcepto: Non concupisces: Unde homo eos sentiens & non consentiens, transgreditur præceptum: Non concupisces, quamvis transgressio in peccatum non deputetur. Secundum Iansenium verò etiam deputari debet in peccatum, cum iuxta eius principia excusari non possit à peccato. Sic enim vniuersaliter loquitur: Si aliter facta sunt quam esse debuerunt, profectò nemo vera esse peccata dicitare potest, cum peccatum non sit aliud nisi factum aliter, quam esse debet, aut quam vera sapientia (id est Deus) præcepit. Atqui motus indeliberati sunt tales, quia prohibiti præcepto: Non concupisces: Sunt ergo profectò vera, secundum Iansenium, peccata: atque ita grauissimè nocent non consentientibus, quod negat Concilium.

2 Tom. 2.
lib. 3. de
statu natu-
re lapsæ c.
16. & 17.
col. 348. &
311.

SESS. v. §. 5. Concupiscentia, cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed viriliter per Iesum Christi gratiam repugnantibus, non valet.

ART. III. Pro quibus mortuus Christus sit.

IANSENIUS.

TRIDENTINUM

Christus non pro totius mundi redemptione crucifixus, & mortuus est: sed tantum pro iis, qui saluantur. Tom. 1. col. 546.

Vide similes eiusdem propositiones supra Art. 6. An Christus pro omnibus sit mortuus.

SESS. vi. cap. 3. Etsi ille (Christus) pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt; sed ij dumtaxat, quibus meritum passionis eius communicatur.

Vide Valentinianum cit. cap. 11. art. 6.

Hinc infertur contradictoria oppositæ Iansenij; nam:

Omnes qui saluantur mortis Christi beneficium recipiunt:

Aliqui pro quibus mortuus est Christus hoc beneficium non recipiunt;

Ergo aliqui, pro quibus mortuus est Christus, non saluantur.

ART. IV. De gratia efficaci & sufficiente.

IANSENIUS.

TRIDENTINUM.

I. Adiutorium gratia ante lapsum Ada tale erat, ut ab ipso libera voluntatis nutu penderet: saluag. maneret illa libertatis in utramque partem flexibilis indifferentia: nunc vero tale est, ut suapte efficaciam faciat influere facultatem, nec ipsius libero arbitrio subiaceat: sed hoc ipso quo datur simul usus eius, & influ-

SESS. vi. cap. 5. Vocati à Deo... per eius excitantem, atque adiuantem gratiam, ad conuertendum se ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratia liberè assentiendo & cooperando, disponuntur.

ITEM cap. 6. Disponuntur ad ipsam iustitiam, dum excitati Diuinâ gratia

Iansenius. Tridentinum.

influxus detur: sicut hoc ipso, quo adest iustitia, fit iustus animus.

Tom. 3. lib. 2. cap. 4. col. 97.

II. Nulla omnino gratia Christi effectui suo caret: sed omnino efficit ut voluntas velit, & aliquid operetur. Vnde gratia & bonum opus ita reciprocantur, ut sicut ex gratia data mox effectus operis consecutus inferitur; ita vice versa, ex defectu operis gratiam non esse datam.

Tom. 3. lib. 2. cap. 25. col. 202. & 204.

III. Nullum adiutorium gratie, cuius usus ita ponitur in arbitrio voluntatis, ut illo utatur, aut non utatur; ut illud amplectatur, aut deserat; aut illi consentiat, aut non consentiat, si voluerit, ad medicinale adiutorium (siue veram gratiam Christi) ullo modo pertinere potest.

Tom. 3. lib. 2. cap. 5. col. 103.

IV. Gratia lapsi hominis nullo modo relinquitur eius arbitrio, ut eam deserat, vel accipiat, si voluerit. Tom. 3. lib. 2. cap. 4. col. 98.

V. Cum adiutorij gratie usus, & non usus; actio & cessatio libertati subditur; vaeis manifestum est, impossibile esse, ut sit aliud adiutorij genus, quam possibilitatis; quod Pelagianus error asseruit. Tom. 3. lib. 2. cap. 9. col. 124.

Cum Iansenius omnem illam gratiam, qua voluntas potest uti, aut non uti; amplecti, aut deserere; consentire, aut non consentire; deserere, vel accipere, si voluerit, Pelagianismo accenseat; nec TRIDENTINVM tota sess. 6. vllam gratiam agnoscat, praeter illam, cui quis liberè assentitur, qua liberè mouetur, quam abicere potest, cui dissentire potest, cui reipsa quandoque desit, sequitur ex doctrina Iansenij nullam à TRIDENTINO gratiam tradi, quam huiusmodi, qualem Pelagianus error asseruit.

Cum item TRIDENTINVM dicat inspirationem recipientes, illam abicere posse. Item gratia quemquam dissentire, imò re ipsa deesse; nemo verò abicere possit id, illiue dissentire, aut deesse, quod non est; rectè conficitur illa à libero arbitrio fieri posse circa gratiam iam re ipsa receptam, atque excitantem. Vide Concil. Senonen. anni 1528. Art. 9. c. 2.

VI. Nullum datur post Ade lapsum adiutorium gratie verè sufficiens, quin simul efficax sit.

Tom. 3. lib. 3. cap. 1. col. 250.

VII. Adiutorium purè sufficiens ad gratiam natura pertinet, lapsorum reparationi inutile & perniciosum.

Tom. 3. lib. 3. cap. 2. col. 254.

ITEM can. 22. Si quis dixerit iustificatum vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseverare posse, vel cum eo non posse, anathema sit.

Si iustificati à Deo non deserantur, nisi prius eum ipsi deseruerint: si omnes in accepta iustitia perseverare possint, & in Dei auxilio firmissimam spem reponere omnes debeant; habent ergo gratiam ad hoc sufficientem: & cum non perseverent omnes, multiq; Deum deserant, non efficacem.

tiâ, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum.

ITEM cap. 13. Deus nisi ipsi (homines) illius gratia defuerint; sicut cepit opus bonum, ita perficiet.

ITEM can. 4. Si quis dixerit liberum hominis arbitrium. . . Deo excitanti, atque vocanti. . . non posse dissentire, si velit, anathema sit.

ITEM cap. 5. Tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, homo inspirationem illam recipiens, illam abicere potest.

TRIDENT. Sess. 6. cap. 11. Deus suâ gratiâ semel iustificatos non deserit nisi ab eis prius deseratur.

ITEM cap. 13. In Dei auxilio firmissimam spem collocare, & reponere omnes debent: Deus enim, nisi ipsi eius gratia defuerint, sicut cepit opus bonum, ita perficiet.

ART. V. De libertate.

IANSENIVS.

I. *Solius primi hominis peccatum voluntarium fuit. Ceterorum peccata, siue actualia, siue originalia, peccata sunt, quia ex origine illius libera & proprie dicta voluntatis (primi hominis) nata & profecta sunt.*

Tom. 2. col. 641. 642.

II. *Necessitas, quae est voluntaria, quae simpliciter necesse est aliquid fieri, non repugnat voluntati.*

Tom. 3. lib. 6. cap. 6. col. 632.

III. *Sola necessitas coactionis repugnat libertati.*

Tom. 3. lib. 6. tit. c. 6. col. 628.

IV. *Libertas arbitrij in peccando, cum peccandi necessitate consistit.*

To. 2. l. 4. de statu nat. lap. c. 19. in tit. col. 631.

Canonem illum quintum ponit Tridentinum contra Lutherum, & Caluinum, qui rem liberi arbitrij, sitam in indifferentia ad utrumlibet, negant; titulum seu nomen liberi arbitrij non detrectantes admittere, si id nihil adferat, nisi voluntarium oppositum coactioni: quod solum & ipsi, & Iansenius, admittunt in operibus gratiae.

TRIDENTINVM.

SESS. VI. can. 5. Si quis liberum hominis arbitrium, post Adae peccatum, amissum & extinctum esse dixerit, anathema sit.

ITEM *ibid.* Si quis liberum hominis arbitrium. . . dixerit aut rem esse de solo titulo, imò titulum sine re. . . anathema sit.

ITEM can. 6. Si quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas facere. . . anathema sit.

ART. VI. An Deus impossibilia iubeat?

IANSENIVS.

I. *Sunt quaedam homini praecepta, secundum statum & vires in quibus constitutus est, impossibilia: nec adest semper gratia, quae praecepta illa implere sufficimus.*

Tom. 3. lib. 3. cap. 13. col. 325. Vide similia Iansenij cap. 2. Art. 12. An praecepta sint obseruanda impossibilia.

II. *Impotentia implendi praecepta, reperitur etiam in iustis, qui & fidem Christi & caritatem iustitiae susceperunt.*

Tom. 3. lib. 3. cap. 13. col. 326.

III. *Non adest semper gratia, quae praecepta illa implere sufficimus.*

Tom. 3. lib. 3. cap. 13. col. 325.

TRIDENTINVM.

SESS. VI. cap. 11. Nemo temeraria illa, & à Patribus sub anathemate prohibita, voce uti debet: Dei praecepta homini iustificato ad obseruandum esse impossibilia.

ITEM *ibid.* Deus impossibilia non iubet; sed iubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat ut possis.

ITEM can. 18. Si quis dixerit Dei praecepta homini, etiam iustificato, & sub gratia constituto, esse ad obseruandum impossibilia, anathema sit.

ITEM cap. 11. Deus suam gratiam semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur.

• Si Deus, nisi prius desertus, non deserat; qui autem adhuc iustus est, nondum eum deserit; ergo nec desertus est: habet ergo à praesente Deo auxilium gratiae, quo implet praecepta, si velit. Profectò friuolum est illud Iansenij, quo hunc locum exponit de desertione per subtractionem gratiae habitualis siue iustificantis. Tom. 3. col. 365.

ART. VII. De attritione ex timore pœnæ & amore
concupiscentiæ respectu Dei.

IANSENIUS. TRIDENTINVM.

I. *Receptum faciens timore pœnæ, non amore iustitiæ, non facit animo quod facit opere: ideoq. peccat interioris reus est.*
Tom. 3. col. 322.

II. *Dolor peccati excludere non potest peccandi voluntatem.*
Tom. 3. lib. 5. cap. 23. col. 586. tit. cap.

III. *Aperitissimum est & indubitatum impossibile esse ut ille non peccet, qui pœna timore non peccat: hoc est quamdiu timor solus animum à peccato abstrahit.*
Tom. 2. lib. 3. de statu nat. lapsæ c. 15. col. 503.

IV. *Dolor peccati propter gehennæ metum seu attritio nequit esse dispositio sufficiens ad iustificacionem in Sacramento Pœnitentiæ.*
Tom. 3. lib. 5. tit. c. 33. col. 586.

V. *Abfit, ut ita Christianus propter retributionem operetur, ipsum Deum mercedem tamquam sibi vtilem expectando: b ex quo amore nascitur, ut etiam pœnas timeat: sed sicut ex illo timore nunquam iustitiæ Dei operabitur, ita etiam ex illo concupiscentiæ amore nunquam iustitiæ diligetur.*

Tom. 3. lib. 5. c. 10. col. 530. b Ibid. col. 531.
Vide Artic. 17. de Amore concupiscentiæ respectu Dei.

VI. *Eandem boni operis, bonæq. voluntatis partiri cum Deo impium esse ex eo patet, quod post lapsum hominis tota laus bonæ voluntatis atque operis in solam gratiam referenda sit.*

Tom. 3. lib. 2. c. 23. col. 195.

SESS. VI. cap. 8. Si quis dixerit gehennæ metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse. . . anathema sit.

ITEM SESS. XIV. cap. 14. Attritio ex turpitudinis peccati consideratione, & pœnarum metu concepta, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ, est donum Dei & Spiritus sancti impulsus.

Idem docet Sess. 14. can. 5.

Supponit Concilium metum gehennæ posse voluntatem peccandi excludere, & esse donum Dei, cui in terminis cõtradicit Iansenius.

SESS. XIV. cap. 4. Metus gehennæ, quamvis sine sacramento Pœnitentiæ per se ad iustificacionem perducere peccatorem nequeat; tamen eum ad Dei gratiam in sacramento Pœnitentiæ impetrandum disponit.

ITEM can. 31. Si quis dixerit iustificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis bene operatur, anathema sit.

ITEM can. 32. Si quis dixerit hominis iustificati bona opera, ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius iustificati merita, . . . anathema sit.

CAPVT QVARTVM.

DOCTRINA

CORNELII IANSENII
COLLATA

CVM PROPOSITIONIBVS DAMNATIS

A DVOBVS PONTIFICIBVS

PIO V. ET GREGORIO XIII.



AMNAVIT PIVS V. anno 1567. Cal. Octobris, ac
deinde GREGORIVS XIII. anno 1579. IV. Cal. Feb.

Propositiones LXXIX. cuiusdam Theologi his verbis:

Quas quidem sententias stricto coram nobis
examine ponderatas, quamquam nonnullæ
aliquo pacto sustineri possent, in rigore & pro-

prio verborum sensu ab assertoribus intento,
hæreticas, erroneas, suspectas, temerarias, scandalosas, & in pias
aures offensionem immittentes, respectiue ac quæcumque super
iis verbo, scriptoque emissa, præsentium auctoritate damnamus,
circumscribimus, & abolemus, deque eisdem & similibus posthac
quocumque pacto loquendi, scribendi, & disputandi, facultatem
quibuscumque interdiciamus. Qui secus fecerint, ipsos omnibus
dignitatibus, gradibus, honoribus, beneficiis & officiis perpetuo
priuamus, ac etiam inhabiles ad quæcumque decernimus, vincu-
lo quoque anathematis eo ipso innodamus, à quo nullus Roma-
no Pontifice inferior valeat ipsos, excepto mortis articulo, libera-
re. Quod interdictum ab istis sententiis denuò docendis adeò non deterruit
Iansenium nostrum, ut pleraque ex iis ex professo defendendas, & contra
Pontificum decretum velut in integrum restituendas suscepit: idque vel

^a To. 2. lib. sub iisdem^a terminis vel æquivalentibus.

4. de stat.
nat. lap. cap.
25. 26. 27.
lib. 3. de stat.
nat. pur. c.
22.
b. c. 22. cit.

Contra Bullam verò Apostolicam quatuor potissimum modis se tueri.
Primò. Quòd putet multas Propositiones in Bulla damnatas tradi à S. AV-
GVSTINO, ut indubitas: unde cum sibi obieisset: Quid ergo ad Pro-
positionem, quam proscripsit Apostolica Sedes? Responderet: Hæ-
ræco, fateor. Sed quid ad doctrinam Augustini? Sed isto pretextu iam
olim damnatarum Propositionum Auctor se defenderat, ut habemus ex Apo-
logia eius manu-scripta; nec tamen effecit, quin post annos duodecim, quibus
aduersus

aduersus primam Pontificis sententiam nequidquam tergiversatus fuerat, demum secunde damnationi succumberet.

Secundo obtendit Iansenius in multis non ipsas Propositiones, sed censuras inmodicas, (quibus aliorum contrariam doctrinam Auctor notabat) videri damnasse Pontificem.

Sed si id in quibusdam ita se habet, quã auctoritate nunc istas censuras innouat & aggravat Iansenius; & vt ille, Pelagianismi & Semi-Pelagianismi notas passim viris doctissimis inurit?

Tertio illud etiam adfert, quod, quamquam Propositiones illas vt hereticas, erroneas, suspectas, temerarias, scandalosas, & offensiuas damnet Pontifex; tamen id respectiue faciat: sic vt non singulis Propositionibus omnes, sed aliis alias qualitates tribuat. Vnde ferè omnes ad postremum membrum ipse reuocat, aut que non esse damnatas vt falsas, sed prohibitas vt offensiuas: velut factum, inquit, est in sententia de Beata Virgine concepta in peccato originali.

Verum sic Iansenius vix vllas Propositiones aliis illis, iisque multò pluribus qualitatibus notandas relinquit, idque sola sua auctoritate. Deinde si Propositiones illæ iam olim ab illo Auctore assertæ, fuerint offensiuæ; cur modò post tam rigidam earum prohibitionem, atque exinde magis receptam in scholis doctrinam iis contrariam; earum resuscitata defensio non multò etiam grauius offendat? Vel quis reuelauit Iansenio eas, quas tenet, offensiuas dumtaxat esse, & non etiam erroneas aut hereticas? cum rogatus Pontifex, qualitates singularum distinguere noluerit: vt fatetur ipse Iansenius^a. Nec par est ratio de conceptione Deiparæ: hæc enim sententia hætenus prohibita tantum est: illæ vero omnes signanter damnatæ, circumscriptæ; & abolitæ.

^a Tom. 2.
col. 673.

Postremò præcipuum præsidium in eo ponit Iansenius, quòd Bullam Pontificis adulteratam dicat (ab iis videlicet qui eam denudò recusam scriptis suis inseruerunt, vt sunt Vasquez, Suarez, Possseuinus, Turrianus, Lorca aliique) & quidem dupliciter. Primò, quòd post verba: Quamquam nonnullæ aliquo pacto sustineri possent, commatis (,) interpunctionem posuerint, quo dirimantur à sequentibus: in rigore & proprio verborum sensu, ab Assertoribus intento, hereticas, erroneas, &c. damnamus. Sic enim fit, inquit, vt verba illa: in rigore & proprio verborum sensu, referantur ad verbum damnamus: cum, vt ipse vult, referenda sint ad præcedentia, idque ex mente vt ait Pontificis, qui significare voluerit, sententias illas in rigore & proprio verborum sensu sustineri posse, non verò damnari. Secundo quòd in eundem finem, licet inaduertenter, post verba in rigore, posuerint particulam aduersatiuam tamen, vt tanto efficacius detorquerentur ad damnationem. Vtrumque probat ex originali Bulla, quam dicit post verba sustineri possent, nullum distinctionis vestigium habere, & particulam tamè prorsus carere, quod ex sua & Domini Iansenij, oculati itè testis, fide asseuerat.

Verum

Verùm in multis hic aut fallitur aut fallit Iansenius. Primum in eo quòd comma interpositum contra fidem Bullæ accesserit. Nam (quidquid sit de ea, quam didit Iansonius aut Iansenius) Bulla certè Romana in ipsa Typographia Apostolica Camera impressa anno 1579. IV. Cal. Febr. (quæ penes nos est) tam manifestum & genuinum habet comma (,) ut vel cæcutientibus appareat. Vocula tamen, in solo exstat Vasquesij opusculo & Jansenio ipso teste inaduerterter posita; ut mirum sit quòd ad grauandam damnationem posita dicat; cum Vasquesius benignissimus sit illius damnationis interpres, ex quo non pauca ad fauorem damnati auctoris spectantia Iansenius ipse didicit.

Secundo, in re ipsa grauissimè fallitur: quòd cum Bulla dicat Propositionum damnatarum nonnullas aliquo pacto sustineri posse; ipse afferat eas in rigore & proprio verborum sensu posse sustineri. Fallitur, inquam, nam cum ipse Propositionum auctor, in Apologia, quam pro se scripsit, verba Bullæ in suum fauorem hoc modo ordinasset: Quamquam nonnullæ aliquo pacto in rigore & proprio verborum sensu ab assertoribus intento sustineri possent; Pontifex hunc ordinem & sensum velut corrigens, ea sic ordinat: Quamquam nonnullæ aliquo pacto sustineri possent, in rigore & proprio verborum sensu, &c. damnamus. Unde patet, quòd hæc duo, aliquo pacto: &, in rigore & proprio verborum sensu, inter se distinguat & opponat Pontifex. Et res ipsa loquitur: Si enim in rigore, & proprio verborum sensu, eoquæ ab assertoribus intento, sustineri possent; iam non duntaxat aliquo pacto, sed omni modo possent sustineri; nec eas deberet vel posset Pontifex ut hereticas, erroneas, temerarias, &c. damnare. Quamquam enim aliquas, quæ sustineri aliàs possent, ex causa prohibere possit & prohibeat: quæ tamen æquitate Propositiones quas in rigore & proprio verborum sensu, eoquæ à suis assertoribus intento, sustineri posse dicat, easdem ipsas tamen ut hereticas, erroneas, temerarias, suspectas, scandalosas, & offensiuas damnet, circumscribat, & aboleat?

Unde nec illud quod dicitur: nonnullas aliquo pacto sustineri posse, excusat Iansenium. Nec enim in eius arbitrio relinquit Pontifex, ut quas, & quo velut modo ipse exponat; sed ipsi & omnibus quocumque pacto de iis, & super iis (nempe defendendis) loquendi, scribendi, & disputandi facultatem interdicit; idque sub anathemate: quod an scribendo euitauerit Jansenius, ipsi ac Deo relinquimus: nos enim, nec in re iudicata quidquam iudicamus.

Jam ad Propositiones ipsas à Pontificibus damnatas veniamus: quas non aliunde, quàm ex ipso Romano exemplari (quod seruamus, & exhibere possumus) depromptas proponimus, & quidem seruatis accuratè verbis omnibus, & interpunctionibus.

PROPOSITIONES
CORNELII IANSENII,

ET QUÆ OLIM A PONTIFICIBVS DAMNATÆ.

De statu puræ naturæ.

VTRAQUE doctrina, tam illa scilicet quæ à Pontificibus damnata est, quam hæc Iansenij, negat possibilem esse statum naturæ puræ, siue in quo homo gratiâ & peccato careat. Hinc primum hominem necessariò creatum fuisse asserunt in statu naturæ integræ, id est, in charitate & iustitia originali sine ignorantia & concupiscentia, neque morti, morbis, aliisque miseriis, & pœnalitatibus corporis obnoxio. Hæc enim omnia docent necessariò præsupponere peccatum, eiusque esse penas; il a verò naturæ integræ dona, citra gratiam adoptionis, esse illi connaturalia: ideoque eius merita, vitamque æternam, aliisque præmia inde profluentia non rectè vocari gratiam, sed mercedem liberi arbitrij.

PROPOSITIONES VTRIVSQUE PARTIS.

IANSENII.

DAMNATÆ.

Deus non potuisset talem ab initio creare hominem, qualis nunc nascitur. To. 2. col. 975.

Sine Dei amore & iustitia creatura rationalis, nec recta esse, nec condi potest. col. 687. & 713. in tit. cap.

Neque sine bona voluntate & sapientia col. 767. tit. cap.

Gratia dilectionis Dei non potest sine culpa subtrahi creature rationali innocenti, & aliquo modo debita est. Tom. 2. tit. c. 18. col. 762.

Non potest creatura rationalis sine casto amore Dei condi, aut certè sine sufficientissima facultate, quâ castè inherere Creatori suo possit. col. 760.

Status animi sine bona voluntate, sine charitate, sine sapientia conditi, non potest autorem habere Deum; Deo enim esset voluntarius, non creatura: unde Deo, non creatura imputari deberet perversitas eius; & quidquid scelerum ex illa create voluntatis, institutione nascetur. Quæ quidem essent materialiter scelerata creatura: vera tamen scelerata ac peccata Dei. Tom. 2. col. 775.

Angelis

LV. Deus non potuisset ab initio talem creare hominem, qualis nunc nascitur.

xxvii. Integritas primæ creationis non fuit indebita humanæ naturæ exaltatio, sed naturalis eius conditio.

xxii. Humanæ naturæ sublimitio, & exaltatio in consortium diuinæ naturæ debita fuit integritati primæ conditionis, & proinde naturalis dicenda est, & non supernaturalis.

xxiv. Absurda est eorum sententia, qui dicunt hominem ab initio donò quodam supernaturali, & gratuito supra conditionem naturæ fuisse exaltatum, vt fide, spe, charitate Deum supernaturaliter coleret.

xxv. A vanis & otiosis hominibus secundùm insipientiam Philosophorum excogitata est sententia, hominem ab initio sic constitutum, vt, per dona naturæ superaddita, fuerit largitate conditoris sublimatus, & in Dei filium adoptatus.

N

1. Nec

Iansenij.

Damnata.

Angelis vita aeterna non est gratia specialis, sed merces meriti. To. 3. col. 936.
In Angelis neque merita, neque perseverantia sunt specialia Dei dona. To. 3. col. 935.

Merita Angelorum sunt merita liberi arbitrii, & humana, & sua. To. 3. col. 936.

Beatitudo supernaturalis & regnum calorum non potest à creatura rationali innocente separari sine iniustitia. To. 2. col. 797.

Clara Dei visio nequit negari creatura innocenti. Tom. 2. col. 797.

Regnum calorum, quod supernaturalis ordinis est, non potest à pura natura separari sine iniustitia. Tom. 2. col. 797.

Ipsa clara visionis beatitudo in regno Dei non potest negari creatura innocenti, innocens autem est pura creatura. To. 2. col. 797.

Mors nequit innocenti creatura sine merito precedentis iniquitatis à Deo infligi. To. 2. col. 883.

Ex ipsi terminis crudelitatem & iniustitiam spirat, innocentem animam nulli peccato obnoxiam, ad miseras status presentis condemnare. Tomo 2. col. 938.

Nullum qualecunque malum inferri à Deo potest creatura rationali sine culpa. To. 2. col. 925.

Impossibile est miseriam à Deo infligi sine culpa precedente. Tom. 2. col. 746.

Ex miseriis pure nature cogimur ad diversas impietates, ad blasphemiam in Deum, ad Manicheismum. To. 2. col. 945.

Vide supra cap. 3. art. 1. de Peccato originali.

I. Nec Angeli nec primi hominis adhuc integri merita rectè vocantur gratia.

III. Et bonis Angelis, & primo homini, si in statu illo permanissent, usque ad ultimum vitæ felicitas esset merces & non gratia.

VI. Naturali lege constitutum fuit homini, ut si in obedientia perseveraret, ad eam vitam pertransiret, in qua mori non posset.

XI. & XII. Quod pie & iuste in hac vita mortali usque in finem conuersati vitam consequimur æternam, id non proprie gratiæ Dei, sed ordinationi naturali statim initio creationis constitutæ iusto Dei iudicio, deputandum est; nec in hac retributione bonorum ad Christi meritum respicitur, sed tantum ad primam institutionem generis humani, in qua lege naturali institutum est, ut iusto Dei iudicio obedientiæ mandatorum vita æterna reddatur.

LXXVIII. Immortalitas primi hominis non erat gratiæ beneficium, sed naturalis conditio.

LXXI. Omnes omnino iustorum afflictiones sunt ultiones peccatorum ipsorum, unde Iob, & Martyres, quæ passi sunt, propter sua peccata passi sunt.

LXXIII. Nemo præter Christum est absque peccato originali; hinc Beata Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesque eius afflictiones in hac vita sicut & aliorum iustorum, fuerunt ultiones peccati actualis vel originalis.

De liberi arbitrij viribus, & operibus moraliter bonis.

Iansenij.

Damnata.

Nillum opus bonum, ne quidem moraliter, ab humano arbitrio fieri potest, nisi per gratiam. To. 2. col. 496.

Pelagiani doctrinam suam, quod possint fieri opera naturæ moraliter bona, fundant in loco Apostoli Rom. 2. Gentes quæ legem non habent, &c. quæ sunt dissonantia à doctrinæ Ecclesiasticæ veritate. To. 1. col. 202.

Ita peccato periit libertas arbitrij ad faciendum bonum, ut ante gratiam non solum non possit uniuersam legem moralis honestatis implere; sed nec unam quidem, nec unum opus eius, ita scilicet, ut absque omni alterius generis peccato impleatur. Tomo 2. col. 631. Vide & col. 496.

Ita periit libertas abstinendi à peccato, ut nec in villo quidem opere omnis peccati culpam possit effugere. ibid.

Ita inducta est peccandi necessitas, ut in omni actu, quo legem sibi videtur vel seruare, vel transgredi, reus alicuius peccati teneatur. Ibid.

Sine gratia Christi nec vllum preceptum, legis naturalis impleri potest, sic ut peccatum illa obseruatione vitetur. To. 2. col. 497.

Perpicuum est nullam omnino legem, ante gratiam & fidem, nisi solius rei temporalis cupiditate seruari. To. 2. col. 523.

Nulla tentatio aut cupiditas sine peccato oppugnatur, seu vincitur sine amore Dei. To. 2. col. 529. in titulo cap.

Nulla est pugna, multò minus victoria tentationis, ante fidem, aut gratiam. Tomo 2. col. 501.

Manifestum est nullum omnino esse cum tentatione conflictum ante gratiam; multò magis nullam de peccati tentatione victoriam, nisi forte talem, iuxta quam peccatum peccato superetur. To. 2. col. 523.

Est quedam voluntatis infirmitas, qua non potest certas tentationes superare, nec adest gratia, quæ superentur, nec spiritus orationis, quo vires impetrentur. To. 3. lib. 3. in tit. cap. 13. col. 325.

xxxvii. Cum Pelagio sentit, qui boni aliquid naturalis, hoc est, quod ex folis naturæ viribus ortum ducit, agnoscit.

xxiii. Cum Pelagio sentiunt, qui textum Apostoli ad Romanos 2. *Gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt, faciunt*, intelligunt de gentibus fidem non habentibus.

lxv. Non nisi Pelagiano errore admitti potest vsus aliquis liberi arbitrij bonus, siue non malus, & gratiæ Christi iniuriam facit, qui ita sentit, & docet.

xxviii. Liberum arbitrium sine gratiæ Dei adiutorio, non nisi ad peccandum valet.

xxix. Pelagianus est error, dicere, quòd liberum arbitrium valet ad vllum peccatum vitandum.

xxx. Non solum fures ij sunt, & latrones, qui Christum viam, & ostiũ veritatis, & vitæ negant; sed etiam quicumque aliunde, quàm per Christum in viam iustitiæ, hoc est ad aliquam iustitiam conscendi posse dicunt, aut tentationi vlli sine gratiæ ipsius adiutorio resistere hominem posse, sic vt in eam non inducatur, aut ab ea superetur.

Iansenij.

Damnata.

a Tom. 2. de
stat. nat. lap.
l. 4. c. 16. col.
623.
b col. 624.

a Duo possunt in virtute spectari, officium quod fit, & finis propter quem fit; si officium nudè consideretur, nullum inconueniens à gentilibus Philosophis vitæ bonæ præcepta obseruata esse. b Sed illa officia, nisi propter illum finem fiant, propter quem facienda esse vera sapientia præcipit; quamuis operibus, quæ fiunt, bona videantur, ipso non recto sine peccata sint. Finis autem ille non est aliud, nisi Deus intentione fidei bonè diligendus.

Hoc est, verè charitate diligendus.

Solemnis illa distinctio amoris in naturalem, & eum qui superet vires nature, in vniuersis operibus Augustini vel cuiusquam antiqui Patris, vel vno Concilio nullum habet vestigium: sed Philosophia humane viribus excogitata est. Tom. 2. col. 692.

Distinctio duplicis dilectionis iustitiæ, quarum altera sit naturalis, altera supernaturalis recentè excogitata est, & vt Pelagiana hæresis proscribenda. Tom. 2. col. 727.

Tom. 2. col.
517. in tit.
cap.
Tom. 2. col.
355.

Non datur medium inter charitatem & culpabilem cupiditatem.

Si non est dilectio, id est, amor incommutabilis veritatis, siue Dei, iam est cupiditas.

Tom. 2. col.
355.

Omnis amor creature est improba cupiditas, hoc ipso autem quo retorquetur in Deum, est laudabilis charitas.

Omnia opera infidelium sunt peccata, & Philosophorum virtutes sunt vitia. To. 2. col. 672.

Sola absentia fidei sufficit, vt omnia opera infidelium vera sint peccata. To. 2. col. 553. in titulo cap.

Dolor peccati propter gehenna metum seu attritio excludere non potest omnem peccandi voluntatem, & continere propositum bonæ vitæ seu seruandi totam legem Dei. Item. Nequit esse dispositio sufficiens ad iustificationem in sacramento obtinendam. Tom. 3. col. 586.

Apertissimum est & indubitatum, impossibile esse, vt ille non peccet, qui pænæ timore non peccat; hoc est quamdiu timor solus animum à peccato abstrahit. Tom. 2. col. 505.

LXI. Celebris illa Doctorum distinctio Diuinæ legis mandata bifariam impleri, altero modo quantum ad præceptorum operum substantiam tantum; altero quantum ad certum quemdam modum, videlicet secundum quem valeant operantes perducere ad regnum æternum, hoc est ad modum meritum, commentitia est, & explodenda.

xxxvi. Amor naturalis, qui ex viribus naturæ exoritur, ex sola Philosophia per elationem præsumptionis humanæ cum iniuria crucis Christi defenditur à nonnullis Doctoribus.

xxxiv. Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur, vt auctor naturæ; & grati, quo Deus amatur vt beatorum, vana est & commentitia, & ad illudendum sacris litteris & plurimis veterum testimonis excogitata.

xxxviii. Omnis amor creature rationalis, aut vitiosa est cupiditas, quæ mundus diligitur, quæ à loane prohibetur; aut laudabilis illa charitas, quæ per Spiritum sanctum in corde diffusa Deus amatur.

xxvi. Omnia opera infidelium sunt peccata: & Philosophorum virtutes sunt vitia.

lxviii. Infidelitas purè negatiua in iis, quibus Christus non est prædicatus, peccatum est.

lxiv. Distinctio duplicis viuificationis, alterius, quæ viuificatur peccator, dum ei pœnitentia, & vitæ nouæ propositum & inchoatio per Dei gratiam inspiratur; alterius quæ viuificatur, qui verè iustificatur, & pœnitentia viuus in vite Christo efficitur, commentitia iudicatur, & Scripturis minime congruens.

De libertate.

Iansenij.

Damnata.

Necessitas quæ est voluntaria, quæ simpliciter necesse est aliquid fieri, non repugnat libertati. To. 3. col. 632.

Hoc ipso quo volitio est, libera est. To. 3. col. 867. & 624.

Contradictionis absurditas est volitionem esse posse, quæ tamen non sit in nostra potestate, nec libera. To. 3. col. 624.

Sola necessitas coactionis repugnat libertati. To. 3. col. 628.

Libero sola prementis, cogentisq; necessitatis violentia repugnat. To. 3. col. 658.

Solius primi hominis peccatum voluntarium fuit: ceterorum peccata, siue actualia siue originalia, peccata sunt; quia ex origine illius libera & proprie dicta voluntatis (primi hominis) nata & profecta sunt. To. 2. col. 641. 642.

Nisi voluntas à concupiscentiæ servitute liberata sit, motus voluntatis, quo servitur concupiscentiæ, nec libera voluntas, imò nec voluntas est. To. 2. col. 639.

Sunt quedam homini præcepta secundum statum & vires, in quibus constitutus est, impossibilia: nec adest semper gratia, quæ præcepta illa implere sufficiamus. To. 3. lib. 3. c. 13. col. 325. & 326.

Impotentia non solum reperitur in excacatis, obduratis, & infidelibus: sed etiam in fidelibus: non tantum quando nolunt præcepta facere, sed etiam quando volunt. Ibid.

Erroris damnat hanc sententiam ex epist. ad Demetriad. Adscribimus iniquitatem in isto, pio crudelitatem, dum Deum impossibile aliquid præcipisse conquerimur. Et hanc: Nec impossibile aliquid voluit imperare, qui iustus: nec damnaturus hominem fuit, pro eo, quod vitare non potuit, qui pius est. Tom. 1. l. 4. c. 16. col. 218.

Libertas arbitrij in peccando cum peccandi necessitate consistit. Tom. 2. lib. 4. de stat. nat. lap. c. 19. in tit. cap. col. 631.

Per præceptum: Non concupisces, ipsi motus concupiscentiæ intelliguntur prohiberi, ideoq; illud præceptum solum in calo est complendum.

Huius vite iustitiam tunc perficimus, quando concupiscentiis, etsi tumultuantibus, non consentimus. Tom. 2. lib. 2. de stat. nat. lap. c. 24. col. 414.

Vide dicta c. 3. art. 2. de concupiscentia.

prohibiti præcepto: non concupisces: vnde homo eos sentiens, & non consentiens, transgreditur præceptum, non concupisces; quamvis transgressio in peccatum non deputetur.

XXXIX. Quod voluntariè fit, etiam si in necessitate fiat, liberè tamen fit.

LXVI. Sola violentia repugnat libertati hominis naturali.

XLVI. Ad rationem & definitionem peccati non pertinet voluntarium: nec definitionis quæstio est, sed causæ & originis, utrum omne peccatum debeat esse voluntarium.

LIV. Diffinitiva hæc sententia: Deum homini nihil impossibile præcipisse, falsè tribuitur Augustino, cum Pelagij sit.

LXVII. Homo peccat etiam damnabiliter in eo quod necessariò facit.

I. Præcepta desideria, quibus ratio non consentit, & quæ homo inuitus patitur, sunt prohibita præcepto, non concupisces.

LI. Concupiscentia siue lex membrorum & præcepta desideria, quæ inuiti sentiunt homines, sunt vera legis inobedientia.

LXV. Motus pravi concupiscentiæ sunt pro statu hominis vitati,

CAPVT QVINTVM.
 ANTI-STATERA
 Opposita Stateræ dolosæ Corn. Iansenij:

In qua errores Hæreticorum nostri temporis, & Assertiones Iansenij Parallelè appenduntur.

Cornelius Iansenius Operi suo subtexit Parallelum, seu Stateram, vt vocat, in qua succo omni totius Tractatus sui expresso Semi-Pelagianorum errores, & consequenter Pelagianorum (quandoquidem eos non re, sed solo nomine velit differre) ita attemperat sententiis Recentiorum, id est, Valentia, Molina, Bellarmini, Suarez, Vasquez, Lessij, quos scilicet solos nominat, vt has, & illos falsis quasi ponderibus, id est, fraudulentis ratiocinationibus in perfecto æquilibrio, seu consensu inuicem respondere faciat, nonnullis exceptis, in quibus scilicet Recentiores magis à veritate vult aberrare. Huic Parallelo Ianseniano Anti-Statera nostra respondet, in qua notis omnibus, & consequentiis sepositis (quibus ille fucum facit) nudas hinc inde sententias fideliter appendimus; vt ex iis per se ipse statuat Lector, quantum ad perniciosissimos huius temporis errores accesserit, aut ab iis recesserit is, qui doctissimorum virorum sententias violentè quasi in equuleo positas extendit, & torquet; vsque dum non solum antiquis, & obsoletis erroribus conuenire, sed eosdem etiam in nonnullis excedere videantur: & animaduertat non aliis armis Catholicos ab hæreticis, quàm nos à Iansenio impugnari.

PARALLELVMPRIMVM.

Impossibilitas naturæ puræ

IANSENIVS,

Nihil connaturalius innocenti imagini Dei cum capacitate Dei naturaliter condita, quàm gratia. Tom. 2. de stat. puræ nat. lib. 1. c. 20. col. 779.

Perspicuum est naturam rationalem non posse sine dono gratiæ supernaturali institui. Tom. 2. de stat. puræ nat. lib. 1. c. 4. col. 698.

Sine Dei amore, & iustitiæ creatura rationalis nec recta esse nec condi potest. Tomo 2 de stat. puræ nat. lib. 1. c. 3. & 7. col. 687. & 713.

HETEREDOXI.

CALVINVS 1. Instit. cap. 15. §. 4. Dei imago est integra naturæ humanæ præstantia, quæ refulsit in Adam ante defectionem.

LVTHERVS Genes. cap. 3. Quin hoc institutum, iustitiam non fuisse quoddam donum ... sed fuisse verè naturalem.

IDEM *ibid.* Ita vt natura Adæ esset diligere Deum, credere Deo, agnoscere Deum: hæc tam naturalia fuere in Adamo, quàm naturale est, quòd oculi lumen recipiant.

Si

Ca-

Iansenius. Heterodoxi.

Sic crearetur pura natura, omnia eius peccata Deo auctori, non creaturas, imputari deberent. Tomo 2. de stat. puræ nat. lib. 1. c. 5. col. 697. & 775.

Ex miseris pure nature cogimur ad diversas impietates, blasphemias in Deum, & ad Manichæismam. Tomo 2. de stat. puræ nat. lib. 3. c. 15. col. 945.

Idem CHAMIER. lib. 1. c. 1. n. 10. ubi retulisset verba Bellarmini de naturâ hominis, sic ait: Ex quibus quis non concludat, à Deo creatum esse hominem naturâ morbidum, & languidum, atque habere carnem, cum qua luctari perpetuò opus esset, quod, si à Manichæis nihil habet, vnde esse potest?

LYTHERVS in Gen. 3. Dicunt (Papista) non solum in hominis natura, sed etiam in diabolo naturalia mansisse integra; hoc palam falsum est.

CALVINVS 1. Institut. cap. 15. §. 1. Cuius (Dei) in contumeliam recideret, si quid vitij inesse naturæ probaretur.

Idem lib. 2. Institut. cap. 1. §. 6. Naturam illic notari (in verbis Apostoli: Eramus naturâ filij iræ) non qualis à Deo condita est; sed vti in Adam vitata fuit, facile colligitur, quia minimè consentaneum esset, Deum fieri mortis auctorem.

CHAMIERVS tom. 3. lib. 10. cap. 17. n. 3. Per creationem non habetur concupiscentia... alioqui Deus esset auctor mali.

PARALLELV M II.

Originalis peccati transfusio.

IANSENIVS.

Peccatum originale per libidinem, seu concupiscentiam, tamquam veram causam transfusionis... atque ita ex ipsa naturâ rei propagatur. Tomo 2. de stat. nat. lapsæ lib. 1. c. 6. col. 209.

Filij in parente peccasse dicuntur (originaliter) quia stirps siue radix ipsa vitata est, ex qua fuerat propago ducenda; quâ semel vitatâ, rerum natura postulat, aut patitur, ut huiusmodi radicis vitium in fructibus inde nascentibus ostendatur. To. 2. col. 212.

Non secus, ac subinde cacitas, podagra, aliâq. parentum vitia, cum affectuum, tum corporum, transfunduntur. To. 2. de stat. nat. lapsæ lib. 1. c. 16. col. 245.

Peccatum (originale) traducitur in prolem, quia semen vnde nascitur... vitiatum est. Tomo 2. de stat. nat. lapsæ lib. 1. c. 20.

Ex concupiscentia carnem captiuante in ipsum apicem voluntatis tanta pernicies, que animam peccati ream statuat, inferri potest. To. 2. de stat. nat. lapsæ lib. 1. c. 23. col. 271.

HETERODOXI.

CALVINVS 2. Institut. cap. 1. §. 7. A radice putrefacta rami putridi prodierunt, qui suam putredinem transfuserunt ad alios ex se nascentes surculos; sic enim vitij sunt filij in parente, ut nepotibus essent tabifici.

LYTHERVS in psal. 51. ad illud: In iniquitatibus conceptus sum. Semen humanum, massa, ex qua formatus sum, tota est vitio, seu peccato corrupta, materia ipsa est vitata, lutum illud, ut sic dicam, ex quo hoc vasculum fingi cepit, damnabile est... ipsa conceptio, ipsa augmentatio factus in vtero, antequam nascimur, & homines esse incipimus, est peccatum.

CALVINVS lib. 2. Institut. cap. 1. §. 8. Quidquid in homine est ab intellectu ad voluntatem, ab anima ad carnem vsque, concupiscentiâ inquinatum, refertumque est.

Idem ibid. §. 9. Non appetitus tantum inferior eum (Adamum) illexit; sed arcem ipsam mentis occupavit nefanda impietas, & ad cor intimum penetravit superbia &c.

LYTHERVS plurima habet similia in psal. 51. & alibi sepe.

PARAL-

PARALLELVM III.

Reprobatio positiva.

IANSENIUS.

Circa ex duobus, quorum uterque originali culpa maculatus est, hic, non iste reprobetur à Deo, rei illius nulla omnino causa ex parte hominis à nobis dari potest, sed pendet à puro beneplacito Dei. Tomo 3. lib. 10. c. 4. col. 1022.

Effectus reprobationis sunt, excæcatio, obduratio, desperatio. Tomo 3. lib. 10. c. 5. col. 1024.

Certa veritas est & illa, esse in iis (reprobis) reprobationis effectus, quod & de desertione & derelictione peccatoris existimari debet. Ibidem.

Reprobi ad illud seruiunt, ad quod idonei sunt. . . . nempe ut in ipsis Diuina vindicta, quâ peccatum plecti meruit, seueritas, ac iustitia monstratur. Tom. 3. lib. 10. c. 17. col. 1064.

Deus alios, quos non elegit ad regnum, noluit eos eligere ad media, hoc est ad fidem, & quia noluit eis fidem, noluit eis etiam prædicationem & miracula fieri, quamuis videat eos Euangelio prædicato obedituros. To. 3. lib. 9. c. 20. col. 974.

Vide quid ad argumenta contra prædestinationem, & reprobationem suam respondeat Iansenius. To. 3. lib. 10. à cap. 6. vsque ad 11.

HETERODOXI.

CALVINUS lib. 3. Instit. cap. 22. §. 11. Si non possumus rationem assignare, cur suos misericordiâ dignetur, nisi quoniam illi ita placet; neque etiam in aliis reprobatis aliud habebimus, quàm eius voluntatem.

IDEM lib. 3. Instit. cap. 23. §. 1. Minime est consentaneum præparationem ad interitum alio transferre, quàm ad arcanum consilium Dei.

IDEM ibid. cap. 22. §. 11. Admonetur homines nihil causæ querere extra eius voluntatem, nempe in reprobatione.

CHAMIERVS tom. 3. tit. 8. idem tradit. CONTRA-REMONSTRANTES, siue per Caluinistæ, in Specimine Amstelodamensi art. 21. Reprobatio absoluta facta est, ut per certam media perueniatur indeclinabiliter ad definitum finem: hæc media sunt; excæcatio, & obduratio in peccatis.

PETRVS MARTYR in Ep. ad Rom. cap. 9. titulo de prædestinatione: Adducitur etiam ut reprobationis effectum, excæcari & incrassari cor populi, ut non intelligant.

CALVINUS lib. 3. Instit. cap. 24. §. 12. Quos (reprobos) in vitæ contumeliam, & mortis certum creauit, ut iræ suæ organa forent, & leuicitatis exempla.

CONTRA-REMONSTRANTES in Specimine Amstelrod. art. 49. Quos Deus creauit in opprobrium, vitæ & mortis perditionem, ut instrumenta sint suæ iræ. . . eosdem vel mediis sui verbi audiendi priuat, vel per ipsammet Euangelij prædicationem magis excæcat, occutit & obsurdescere facit, ut sic ad finem suum perueniant.

Eadem penè verba habet Caluinus lib. 3. Instit. cap. 24. §. 12.

Vide, quomodo ad similia haud dissimiliter respondeat Caluinus lib. 3. Instit. cap. 23. per totum.

PARALLELVM IV.

Deum non velle omnes homines saluos fieri.

IANSENIUS.

Erronea est sententia Recentiorum, qui exponunt locum Apostoli 1. ad Tim. 2. Vult omnes homines saluos fieri

HETERODOXI

CALVINUS lib. 3. Instit. cap. 24. §. 16. in 1. ad Timoth. 2. Quo nihil aliud profectò significat, quàm nulli hominum ordini viam ad salutem præclusisse.

POMI-

Iansenij.

Heterodoxi.

fieri: de voluntate saluandi omnes, quantum in se est. b *Expositio enim ea ab errantibus introducta, à veris gratia defensoribus grauius improbata est.* a *TO.I. col. 514.* b *TO.3. l.3. c.20. col. 374.*

b *Non potest statui voluntas generalis, quâ Deus omnes homines in damnatione primi peccati positos, velit saluos fieri, & ex qua voluntate generalia remedia sint omnibus preparata.* Tom.3. lib.10. c.2. col.1013.

Antecedens voluntas omnes saluandi est nuda uelleitas, qualem Deus habet erga iam damnatas creaturas. Tom.3. lib.3. c.19. col. 379.

c *Deus alios, quos non elegit ad regnum, quia noluit eis intendere finem, nempe salutem, noluit eos eligere ad mediam, hoc est, ad fidem: & quia noluit eis istum finem, noluit eis etiam prædicationem Euangelij & miracula fieri, quamuis uideat eos Euangelio prædicato obdituros.* Tom.3. lib.9. c.20. col.974.

d *Niliuuat quod Chrysostomus, Oecumenius, Theophylactus, alique Græci sensum istum Recentiorum uerum esse dicant; quia Chrysostomus ante exortas de Gratia difficultates sua exarauit, & nulli imperfectius de Gratia, quam Græci locuti sunt.* Tomo 3. lib. 3. c.19. col.378.

e *Circa eos, qui reprobandi, Deus ante omnem præuisionem peccati actualis, habet uoluntatem fixam eos relinquendi in eo statu, ex quo ceteros liberare statuit. ille autem citra dubium est perditionis, ac damnationis status. b *Profecto sic se cum ceteris gerit, ac si neminem liberare, sed omnes damnare statuisset, non sufficientem redemptionem, ac gratiam præparando.**

POMERANVS: Huius loci sensus est, nullum mundi ordinem à salute excludi.

CALVINVS: De hominum generibus, non de singulis personis sermo est.

GASPAR MEGANDER: Omnis generis homines, seu de quolibet statu aliquos seruari uelit.

Omnes in eum locum 1. ad Tim. 2.

b *CONTRA-REMONSTRANTES in Specimine Amstelrod. art. 56. Quod Dominus clamauit: Volui (saluare omnes) non dixit, ut Deus; sed tanquam homo, & doctor de sua uoluntate humana.*

c *CHAMIERVS tom.3. lib.7. cap.6. §.6. Fecit omnes salutis capaces, potentia scilicet, non proxima, sed remota, ut omnes facti sunt musicae capaces, etiam muti.*

d *Similem habet censuram in re affini CALVINVS lib.2. Instit. cap.2. §.4. Porro tamen Græci præ aliis, atque inter eos singulariter Chrysostomus, in extollenda humanæ uoluntatis facultate modum exceperunt; veteres tamen &c.*

Et IDEM ibid. cap.3. §.10. Illud ergo toties à Chrysostomo repetitum, repudiari necesse est: Quem trahit, uolentem trahit.

e *CALVINVS in expositione illius loci: Vult omnes &c. Pueriliter ergo hallucinantur, qui hunc Pauli locum prædestinationi opponunt; si Deus, inquit, indifferenter uult saluos fieri, falsum est alios ad salutem, alios ad exitium, æterno eius consilio esse prædestinatos. Aliquid fortè dicerent, si Paulus hîc de singulis hominibus ageret.*

PARALLELVM V.

Christus non pro omnibus mortuus.

IANSENIVS.

a *Argumentum pro gratia sufficiente omnium, sumptum ex eo, quod Christus sit redemptor omnium, & pro omni-*

HETERODOXI.

a *SYNODVS CONTRA-REMONSTRANT. cap.2. art.6. Reicit Synodus errorem eorum, qui impetrationis, & applicationis distinctionem usurpant, ut incautis & imperitis hanc opinio-*

tom. 3. lib. 10. cap. 2. col. 1014.

tom. 3. lib. 10. cap. 3. col. 1018.

Iansenius.

Heterodoxi.

omnibus crucifixus & mortuus; usque ad nauseam à Pelagianis, praesertimq. Masfilienensibus, inculcatum fuit, ut mirum sit recentiores tanto studio trita haereticorum arma colligere, & obsoleta recudere. Tomo 3. lib. 3. c. 20. col. 379. 380.

B Christus non pro totius mundi redemptione crucifixus, & mortuus est, sed tantum pro iis qui saluantur. Tomo 1. lib. 8. c. 23. col. 546.

omnium hominum peccatis crucifixum, & mortuum; sed tantum pro fidelibus, & piis. BEZA in *Thesibus de Sacrificio apud Malderum in Anti-Synodicis cap. 7.* Coram Deo, & tota Ecclesia testatur figmentum illud inauditum, & dilutum, Christum videlicet non tantum pro impiis, quam pro fidelibus esse mortuum.

ITEM: Siue consilium Dei, siue passionis effectum, siue utrumque spectamus, pro impiis nullo modo est mortuus.

C Proderit illi necessarid Christi sanguis, & mors, pro quo sanguinem illum fuderit, & mortuus fuerit; & cui nullo modo prodest, pro illo nec sanguinem fudit, nec mortuus est. Tomo 3. lib. 3. c. 20. col. 387.

CONTRA-REMONTANTES in *Specimine* ipse secundum consilium, mandatum, & commissionem sui Patris mortuus pro omnibus; ... sed pro solis electis.

D Christus pro infidelium in infidelitate morientium, aut iustorum non perseverantium salute, mortuus non est, nec sanguinem fudit, nec semetipsum redemptionem dedit. Tomo 3. lib. 3. c. 20. col. 390.

E Ibid. consequenter: Nec Patrem oravit pro non perseverantium salute.

F Ibid. consequenter. Imò non magis pro aeterna liberatione ipsorum, quam pro diaboli deprecatusest.

G Firmissimam basim errori suo (Masfilienenses) collocarunt, ista Scripturae loca, quibus Deus dicitur omnes velle salvos fieri, atque esse redemptor omnium... ita otam divini propositi, & praedestinationis efficaciam, totam hominum discretionem, ad humanum arbitrium renocabant. Tomo 3. lib. 3. c. 20. col. 381.

H Quis-

opinionem instillent: Deum, quantum ad se attinet, omnibus hominibus ex aequo ea beneficia voluisse conferre, quae per mortem Christi acquiruntur... Nam isti, dum simulant se distinctionem hanc sano sensu proponere, populo perniciosum Pelagianismum venenum conantur propinare.

B CHAMERUS tom. 3. lib. 9. c. 13. in titulo cap. Non pro quibusvis mortuus Christus.

BOQUINUS, PINGERIUS, & CLEBITIUS apud *Coccius Thesauri Catholicus tom. 1. lib. 2. art. 7.*

Docent Christum non esse pro omnibus omnium hominum peccatis crucifixum, & mortuum; sed tantum pro fidelibus, & piis.

BEZA in *Thesibus de Sacrificio apud Malderum in Anti-Synodicis cap. 7.* Coram Deo, & tota Ecclesia testatur figmentum illud inauditum, & dilutum, Christum videlicet non tantum pro impiis, quam pro fidelibus esse mortuum.

ITEM: Siue consilium Dei, siue passionis effectum, siue utrumque spectamus, pro impiis nullo modo est mortuus.

C HIERONYMUS Zanchus in *Misc. doctrinae* 1. Ioan. 2. ait: Sanguis Christi non est secundum propositum Dei, & reipsa pro reprobis, & incredulis effusus, sed tantum pro quibusdam multis, hoc est, electis, & quidem pro omnibus istis multis.

SIMON SIMONIVS contra *Schoegium lib. 2. fol. 24.* scribit Christum, tantum electorum gratia, seipsum exinanivisse, formam servi assumentem.

Amstelodamensi art. 43. Christus non est tantum pro omnibus; sed pro solis electis.

D FIDEI GENEVAE CLYPEUS in *disput.* apud *Feuardentium in Thomachia Calanistica lib. 5. cap. 15.* Tantum pro his, (Christus) mortuus est, qui cum recipiunt in tali iustitia, id est, ut perfectum legis pro seipis observatores, & qui pro his Deo perfecte satisfecerit.

CALVINUS in *Io. 1. 2. v. 2.* Sub omnibus reprobos non comprehendit, sed eos designat qui simul credituri erant, & qui per varias mundi plagas dispersi erant.

E CALVINUS in *cap. 17. Ioan.* Christus propter gregis solummodo fuit sollicitus, & pro electis suis dumtaxat oravit.

F BENEDICTVS ARETIVS par. 2. probl. fol. 161. ait: Deum volentem ac scientem excludere Iudam, Pharaonem, Captham, Hierodem, nec esse eorumdem, & aliorum desperantium, & damnatorum Christum Salvatorem.

G CONTRA-REMONTANT. in *Specimine Amstelodamensi art. 44.* Qui docent Christum... pro omnibus & singulis hominibus mortuum esse... hic faciunt divinum consilium, & decretum incertum.

Idem

Iansenius.

Heterodoxi.

H Quisquis talia diuine gratie adiutoria infirmis hominibus afferre nititur. . . . Christum frustra venisse, gratis mortuum esse persuadet. Tom. 3. lib. 2. c. 27. col. 212.

H IDEM *ibid.* consequenter: Et faciunt inanem virtutem satisfactionis Christi.

P A R A L L E L V M VI.

Officium & vsus legis.

IANSENIUS.

HETERODOXI.

A Fuit quidam sub lege status, sub quo generaliter, paucis exceptis, ante Saluatoris aduentum, non dabatur gratia sufficiens implendi id, quod iubebatur, multo minus gratia sufficiens ad salutem: sed e contrario talis gratia lationi legis, ac scopo Dei capitaliter repugnabat. To. 3. lib. 3. c. 5. col. 271. sub fin.

B Non ad fuit hominibus, sub vetere lege viuentibus, gratia sufficiens seruandi legem, vel vllum preceptum eius, sed potius impediens. Tom. 3. lib. 3. c. 7. & 8. col. 284. & 288.

Lex iustitiam reddidit difficiliorem, & quasi muro interposito impossibilem. To. 3. lib. 1. c. 8. col. 33.

C Hallucinatur quisquis legem eo scopo datam putat, vt eius luce eruditi, facilius peccata vitarent, aut per gratiam sufficientem eam seruarent; hoc enim Apostolo, & Augustino e diametro contrarium est: sed vt multitudine, & magnitudine peccatorum, qua ex lege sciebatur futura, eorum superbia frangeretur. To. 3. ibidem col. 33. & lib. 1. c. 11. 43.

fitiæ magnum & horribile monstrum, rebellis, pertinax, & durissima: ceruicis bestia est: ita pro conficienda, & conterenda ea, habet opus Deus ingenti forti malleo, scilicet lege.

IDEM in Ep. ad Galatas cap. 3. Lex spiritualiter ostendit nobis peccatum, perterrefacit, & humiliat: atque is totus, & proprius legis vsus est.

CALVINUS 2. Inst. cap. 7. §. 2. Legem propter transgressiones positam esse, docet (Apostolus) nempe, vt homines damnationis conuictos humiliaret.

D Carnalis homo qui legem accipit . . . videlicet, vt quod lex iubet facere aut nolit, aut velit, vtrumuis fecerit, plerumque peccabit grauius, quam sine lege peccauisset: grauius quidem, si facere noluerit; periculosius, si voluerit. Tomo. 3. lib. 1. c. 9. col. 37.

E Lex

C ONTRA-REMONSTRANTES in Specim. Amstelrodamensi art. 57. Iudæi, quibus Christus prædicabat, non poterant se convertere, aut credere: nunquam etiam ipsis sufficiens gratia data est, quâ ad conuersionem, aut salutem pertingerent.

IDEM *ibid.* art. 52. Alloquitur verbo suo reprobos Deus, sed ideò, vt furdiore fiant: accendit suum lumen, vt cæciores fiant: docet eos, vt hebetiores maneant: medetur eis, ne sanentur.

C LUTHERVS de seruo arbitrio to. 3. Quæ igitur vitilitas, & necessitas talia (precepta) inuulgandi, cum tot mala videantur inde prouenire: . . . Prima est humiliatio nostræ superbiæ &c.

IDEM in præfatione in vetus testam. tom. 3. Alter legis vsus est . . . vt compescat, & contundat Deus monstrum, & bestiam illam furentem (superbiam.)

IBID. Deus nullâ arte mollire, & humiliare potest (hominem) vt agnoscat suâ miseriam, & damnationem, nisi lege . . . vt ergo opinio iustitiæ

D LUTHERVS in Ep. ad Galatas cap. 5. Quò plus conantur homines satisfacere legi, hoc magis transgrediuntur.

IDEM tom. 3. in præfatione in vetus Testam. Dicimus legem bonam & vtilem, sed in bono vsu; scilicet ad reuelandas, & augendas spirituales transgressiones.

O 2

E CALVI-

E Lex talis hominibus infirmis data, qua peccatis afflictis grauius adhuc affli-
gerentur. Tomo 3. lib. 1. c. 10. col. 41.

F Legis latio illum habebat scopum, vt
insonante precepto, ac terribiliter pœnas,
nisi hoc facerent, comminante, gratia ne-
cessitatem, ipsâ gratiæ adiuuantis subtra-
ctione, docerentur. To. 3. lib. 3. c. 5. col.
271.

G Lege comminante doctus, territus
& conclusus... nihil illi reliquum super-
est nisi vt exclamet: Reus sum; fateor, a-
grotus sum, vincere volens peius victus,
atque prostratus sum. Tomo 3. lib. 1. c.
11. col. 45.

H Lex tamquam Pædagogus seuerus
atque terribilis infirmos animos ad Chri-
sti gratiam agnoscendam inuocandamq;
terrore supplicij perduxit. Tomo 3. lib. 1.
c. 12. col. 51. Vide totum caput 12.
lib. 1.

E CALVINVS 2. Inst. cap. 7. §. 10. Secundum leg-
is officium... quo magis sese retinent, eo
fortius intus accenduntur, feruent, bulliunt,
parati quiduis facere, nisi legis terror obsta-
ret.

F LUTHERVS tom. 3. in prefat. in vetus Testam.
Nam sicut in monte Sina tonitru, fulmen
&c. ... sic lex quando in suo veto est vis,
nihil aliud facit, quam quod reuelat pecca-
tum, efficit iram, acculat, & perterrefacit ho-
minem, vt non procul abint de desperatione.

G LUTHERVS ad Galatas 3. Homo cum sentit
vim legis... dicere solet: perditè vixi, quia
transgressus sum omnia mandata Dei, ideo-
que reus sum aternæ mortis.

H IDEM *ibid.* Pædagogus lex est, quæ non tan-
tum perterrefacit, & vexat, sed verbè totum
suis impellit ad Christum. Vide per totum.

P A R A L L E L U M VII.

Nullam dari gratiam sufficientem.

I A N S E N I V S .

A Gratia sufficiens videtur môstrum
quoddam singulare gratiæ. Tomo 3.
lib. 3. c. 2. col. 254.

B Post lapsum Adæ nullum datur ad-
iutorium verè sufficiens, quin simul effi-
cax sit. Tomo 3. lib. 3. c. 1. col. 250.

C Illud Apostoli 1. ad Corinth. 10. Fide-
lis Deus, qui non patietur vos tentari,
&c. nulla modo tam indiseretè intelli-
gendum, vt hoc in omnibus omnino fide-
libus obseruetur, sed tantum orantibus,
&c. adeoque ferè electis. Tomo 3. lib.
3. c. 13. col. 328.

D Quisquis talia Diuina gratia adiu-
toria infirmis hominibus adferre nititur,
quæ deserant, si velint: in quibus perman-
neant, si velint; cum quibus operentur, si
velint: originalis peccati virus euacuat,
illefas liberi arbitrij vires esse, & Chri-
stum frustra venisse, gratis mortuum esse
persuadet. Tomo 3. lib. 2. c. 27. col. 212.

laxione sui iuris, iterum ostium ad gratiam peccatori referauerit... hi faciunt diuinum
consilium, & decretum incertum, & inanem virtutem satisfactionis Christi.

CALVINVS lib. 3. Inst. cap. 24. §. 3. Duo errores hic cauendi sunt: quia nonnulli coopera-
tium Deo faciunt hominem, vt suffragio suo ratam electionem faciat.

H E T E R O D O X I .

A PËTRVS MOLINEVS in quadam epist. citat
apud Malderi 1. 2. fol. 485. Pellimum, quod
reperio in opinionibus istius nuperis, est gratia
ista sufficiens, quam dicitur Deus dare omni-
bus hominibus.

CALVINVS lib. 2. Inst. cap. 2. §. 6. Phre-
nicos nihil moror, qui gratiam pariter, & po-
misticuè expositam esse garrunt.

B CALVINVS in Antid. ad sess. 6. §. 10. Motus
Spiritus sancti sic est efficax, vt fidem temper
gignat.

CHAMIERVS tom. 3. lib. 3. cap. 6. §. 12. & 14. Ad
questum Bellarmini: An posito auxilio gratiæ homo
possit legem implere, vel si maluerit, preuaricari, re-
spondet: Illud auxilium gratiæ, si intelligatur ex-
trinsecum, verum esse; si intrinsecum, tunc ne-
cessariò operari.

C CALVINVS in Antid. sess. 6. can. 9. Regenera-
tionis Spiritum non dari nisi electis, quibus
ignorat, nescio quid in Scripturis teneat.

D CONTRA-REMÖSTRANTES in Specimine
Amstel. art. 44. Qui docent Christum... non
solum electis, sed etiam omnibus aliis homini-
bus... reconciliationem cum Deo impetra-
uiffe... & rem eò perduxisse, vt Deus, sine

PARALLELVIII.

Gratiæ resisti non posse.

IANSENIUS,

HETEREDOXI.

A Nullum adiutorium gratiæ, cuius usus ita ponitur in arbitrio voluntatis, ut illo utatur, aut non utatur; ut illud deserat, aut non deserat; consentiat, aut non consentiat si voluerit: ad medicinale adiutorium (siue veram gratiam Christi) villo modo pertinere potest. Tomo 3, lib. 2. c. 5. col. 103.

qui enim conuertuntur, resistere non possunt oblationi huius resistentiæ.

LUTHERVS de seruo arbitrio: Homo recreatus nihil facit, nihil conatur, quo ad perseuerantiam in regno Spiritus; sed vtrumque facit solus Spiritus in nobis, ut libero arbitrio non relinquatur nisi nihil, & verè nihil. Totus liber de seruo arbitrio eodem spectat.

CONTRA-REMONTANTES in Specimine art. 72. apud Malderum 1. 2. Gratiæ, cuius virtutes, qui vocatur, exterius homo venit, ad eò est efficax, & omnipotens tractio, ut ita tracti homines eiusmodi tractioi resistere, nec velint, nec possint, nec velle resistere queant. Similia multa habet in Synodo Dordra. art. 8. 12. &c.

B Nulla omnino gratia Christi, effectu suo caret, sed omnino efficit, ut voluntas velit, & aliquid operetur; unde gratia, & bonum opus ita recipiuntur, ut sicut ex gratia data mox effectus operis consequitur infertur ita vice versa ex defectu operis gratiam non esse datam. Tomo 3. lib. 2. c. 25 col. 202. 204.

C Adiutorium gratiæ ante lapsum Adæ tale erat, ut ab ipso libera voluntatis nupenderet, saluaque maneret illa libertatis in vtramque partem flexibilis indifferentia: nunc verò tale est, quod sua ipse efficacità faciat influere facultatem, nec ipsius libero arbitrio subiaceat. To. 3. lib. 2. c. 4. col. 97.

CALVINVS 2. Institut. cap. 3. §. 10. Talem fuisse hominis adhuc stantis conditionem concedimus, ut potuerit in alteram partem inclinare, sed quò suo exemplo docuerit, quàm modicum sit liberum arbitrium, nisi Deus in nobis & velit, & possit, quid fiet nobis, si ad eum modulum suam gratiam nobis impertitur.

A CALVINVS lib. 2. Institut. cap. 3. §. 10. Medium, quem Sophista imaginantur, motum, cui obsequi, vel repellere liberum sit, apertè excludi videmus, vbi asseritur efficax ad perseuerandum constantia.

CONTRA-REMONTANTES in Specimine art. 73. apud Malderum 1. 2. Hæc gratia meritò dicitur irresistibilis, quia non solum resistentiam, & duritiam à corde hominis re ipsa auferret; sed ipsam auertit resistendi potentiam;

B CALVINVS lib. 2. Institut. cap. 2. §. 10. in initio. Gratiæ voluntatem mouet, non qualiter multis sæculis traditum est & creditum, ut nostræ postea sit electionis, motioni aut obtemperare, aut reflagari; sed illam efficaciter afficiendo.

IDEM in Antidoto sess. 6. §. Porro. Motus Spiritus sancti sic est efficax, ut fidem semper gignat.

IDEM ibid. in can. 4. Dissentiet quidem à Deo hominis voluntas, quam diu erit contraria; verum si in obedientiam composita fuerit, iam sublatum est dissentendi periculum: atqui eam esse diuinæ gratiæ efficaciam... auctor est Dominus &c.

C CALVINVS in Antid. sess. 6. sub init. In eo hallucinantur, quòd motum nobis offerri somniant, qui mediam electionem nobis relinquat; nihil autem de efficacia illa cogitant &c.

IDEM ibid. Denique in eo falluntur, quòd nullum obseruant inter regenerationis gratiam, quæ nunc miseræ nostræ subuenit, & primam, quæ Adæ data fuerat, discrimen... quòd desereret, cum velleret, &c. Idem habet Lutherus in Genes. cap. 2.

P A R A L L E L V M IX.

Nullam partem operis boni esse nostram.

Iansenius.

Heterodoxi.

A Pelagiane phrasēs sunt, gratiam pro-
nocare, allicere, cooperari voluntati.
Tom. 1. lib. 5. c. 11. col. 269.

B Laudem boni operis bonaeque volun-
tatis pariter cum Deo, impium esse ex eo
patet, quod, post lapsum hominis, tota laus
bonae voluntatis atque operis in solam
gratiam referenda sit. To. 3. lib. 2. c. 23.
col. 193.

ri homines, ut aliquando se magis verecundos ostendant, quam fuerit Pelagius.

CALVINUS *ibid.* §. sexto capite: Nihil laudis refundi in liberum arbitrium ex bono opere, sed totum Deo tribuendum.

IDEM *ibid.* in *sess. 6. can. 4.* Qui ergo motum aliquem libero arbitrio proprium tribuunt, nihil aliud, quam Spiritum sanctum discernunt.

IDEM *ibid.* in *sess. 6. sub initium*: Sed in quo hominem Deo socium adiungunt? quia gratiam Dei, quam repudiare posset liberè, recipit... quantum ex virtute Dei detrahunt!

IDEM *lib. 3. Instit. cap. 24. §. 1.* Neque id, quemadmodum vulgo accipiunt, qui inter Dei gratiam, voluntatem, cursumque hominis partiuntur... quod si apertè impium est, non dubitemus nostris voluntatibus aut studiis nihil relinquere.

IDEM *ibid.* §. 3. Duo errores hic cauendi sunt, quia nonnulli cooperarium faciunt Deo hominem, ut suffragio suo ratam electionem faciant.

CALVINUS *lib. 2. Instit. cap. 3. §. 6.* Omnes bonorum operum partes à primo motu Dei sunt propriae, & si quia esset vel minima ex nobis facultas, aliqua etiam esset meriti portio.

IDEM *ibid.* §. 11. Vnde sequitur eum non partiri inter Deum & nos, ac si ex proprio vitioque motu esset mutua concurrentia.

LUTHERUS *tom. 1. in resolutione propositionum Lipsiensium concl. 2.* Frustra garritur distinctio Sophistarum, actum bonum esse totum à Deo, sed non totaliter; est enim totus, & totaliter à Deo.

P A R A L L E L V M X.

In statu naturæ lapsæ non dari indifferentiam libertatis.

IANSENIUS.

HETERODOXI.

A Recentiores qui imaginantur illum
tantummodo actum esse in libero
voluntatis arbitrio, quem pro libitu, posi-
tis omnibus ad agendum necessariis, possu-
mus facere, & non facere, sine dubitatio-
ne falluntur. To. 3. lib. 6. c. 4. col. 618.

a Tom. 3.
col. 634.

B a Omnis omnino voluntas quantum-
cumque ad unum determinata, nullà tali
necessitate, qua dicitur necesse esse, ut ve-
lit, desinit esse libera. b Voluntas enim
seu

b col. 625.

A CALVINUS in *Antid. sess. 6. ad can. 5.* De ver-
bo ne moueamus rixam, sed quia libe-
rum arbitrium intelligunt eligendi facultate,
quae sit in vtramque partem libera & soluta,
titulum sine re esse qui affirmant, Christum
habent auctorem.

B LUTHERUS in *enarratione in Psalmos in resolu-
tione circa concl. 7.* Liberum arbitrium est si-
gmētum in rebus, seu titulus sine re, quia nul-
li est in manu sua quidpiam cogitare, vel ma-
li, vel boni, sed omnia (ut Wicleli articulus
Con-

Iansenius.

Heterodoxi.

seu volitio, & libera volitio idem sunt, sicut velle & liberè velle, & impossibile est, ut velle non sit liberum.

Constantiæ damnatus rectè docet) de necessitate absoluta eueniunt.

MELANCTHON in locis Theologicis VVittenberga editis, de viribus hominis, & libero arbitrio: Est

autem libertas, posse agere & non agere, posse sic, aut aliter agere. Itaque in quaestione vocatur, siue libera voluntas, & quatenus libera sit? Responso: Quandoquidem omnia, quæ eueniunt, necessariò iuxta diuinam prædestinationem eueniant, nulla est arbitrij nostri libertas.

CHAMIERVS tom. 3. lib. 2. cap. 8. n. 21. Verumtamen, ut alias dixi, retineatur sanè non tantùm liberum arbitrium Latinorum, sed & τὸ αὐτεξέσιον Græcorum, ne inutili λογικῆ tempus inutiliter teramus . . . hoc saluo (nimirum hominem necessariò agere) salua pax esto.

a Tom. 3. l. 6. cap. 12. col. 613. b lib. 6. c. 6. col. 612. c l. 6. cap. 6. col. 611. d lib. 3. c. 19. col. 869.

Ca Nihil aliud libero generaliter repugnat, quam necessitatis illius prementis, cogentis, violentia; b non verò necessitas voluntaria, quæ scilicet simpliciter necesse est aliquid fieri. c Siue, sola necessitas coactionis admittit libertatem, non necessitas simplex. d Hinc nulla gratia efficaciam, nulla necessitas actibus nostris liberis formidanda est, sed sola vis coactionis, & necessitas violentia, & c.

c VVICLEFISTÆ apud VValdensem l. i. doctrinalis fidei c. 23. Respondent: Quòd Deus non necessitat necessitate coactionis ad bonum, vel malum futurum, quia illa sola tollit arbitrij dignitatem, non autem alia necessitas præueniens absolutè futuritionem effectus.

LVTHERVVS tom. 3. de seruo arbitrio: Sequitur necessariò nos operari: necessariò dico, non coactè. . . hoc est, homo cùm vacat Spiritu Dei, non quidem violentiâ velut raptus oborto collo nolens facit. . . sed sponte & libenti voluntate facit.

Idem ibid. Facimus volentes & lubentes

pro natura voluntatis, quæ si cogeretur, voluntas non esset, nam coactio potius est, ut sic dicam, noluntas.

BVCERVS lib. de concordia doctrina, explicat Lutherum, quòd solam libertatem à necessitate negauerit, sed libertatem à coactione concesserit, apud Bellarminum lib. de gratia & libero arb. cap. 4. in medio.

CALVINVS lib. 2. Instit. cap. 2. §. 7. Liberi ergo arbitrij hoc modo dicitur homo, non quia liberam habeat boni, æquè ac mali electionem, sed quia malè voluntate agit, non coactione: optimè id quidem & c.

CALVINVS de libero arb. contra Pighium lib. 2. Si coactioni opponitur libertas, liberum arbitrium esse, & fateor, & constanter asseuero; ac pro hæretico habeo, quisquis secus sentiat.

D Certissimum, est non venisse veteribus in mentem, ut libertatem Dei in eo ponerent, quòd potest hoc, vel illud bonum facere, ut Recentiores putant, sed in hoc ipso, quòd liberrimè, quamuis necessariò, iustitiam, bonitatemq; suam diligit. To. 3. lib. 6. c. 7. col. 639.

D CALVINVS lib. 2. Instit. c. 3. §. 5. Si liberam Dei voluntatem non impedit, quòd necesse est illum bene agere; si diabolus, qui non nisi malè agere potest, voluntate tamen peccat; quis hominem ideò minus voluntariè peccare dicet, quòd sit peccandi necessitati obnoxius? (ex usdem Augustini locis, ex quibus Iansenius.)

a Tom. 3. col. 771. b Tom. 3. col. 641. c Tom. 3. col. 781.

Ea In beatis voluntas eò magis est libera, quò magis peccare non potest. b Per illam autem intelligo eam, quæ est stabilis, perpetua, ac immutabilis volitio non deficiendi ex amore Dei: c è contra demones perfectissimè liberi à iustitia, seruiq; peccati amiserunt penitus libertatem ad bonum, retenti tamen perfectissima libertate ad malum.

E CHAMIERVS tom. 3. lib. 2. cap. 4. n. 2. Arbitrium Dei, Angelorum, diaboli, hominum glorificatorum & damnatorum est liberum; at eorundem arbitrium non est liberum à necessitate interna, ergo non semper arbitrium est liberum à necessitate interna.

Voluntas concupiscentia imperio, & ponderi ita indefinenter seruit, eodem plane modo, quo voluntas Beatorum in omnibus omnino motibus seruit Diuinae charitati. Tomo 3. lib. 1. c. 4. col. 16.

Cum

a tom. 3. l. 7.
c. 10. col.
779.

F a Cum arbitrio in utramque partem libero, & flexibili conditus est primus homo; sed ex spontanea discretionem illa æquabilis libertatis indifferentia periit: bita ut homo hic & nunc in singulis actibus quadam humanis viribus insolubili peccandi necessitate teneatur.

b tom. 2. de
stat. nat.
lap. l. 4. c.
18. col. 632.

CALVINUS lib. 1. Instit. cap. 15. c. 8. Qui verò perdit, & in spirituale exitum demerso, liberum arbitrium adhuc querunt, inter Philosophorum placita, & cælestem doctrinam partiendo, planè desipiunt, ut nec cælum, nec terram attingant.

IDEM *ibid.* Poterat igitur Adam stare, si vellet, quando non nisi propria voluntate cecidit; sed quia in utramque partem flexibilis erat eius voluntas, idè tam facile prolapsus est. Idem dicit de libero arbitrio lib. 2. contra Pighium.

CALVINUS ex iisdem penè rationibus & testimoniis idem agit lib. 2. Instit. cap. 5. §. 4. & seqq.

LUTHERUS in Genes. cap. 3. Adam fuit, ut sic dicam, medius... Angeli, ut nunc sunt, non possunt cadere, Adam autem potuit cadere; fuit enim in illo statu, in quo poterat fieri immortalis... poterat enim ab ista innocentia puerili ruere in maledictionem, peccatum, & mortem, sicut accidit. Hanc autem Adams libertatis indifferentiam post lapsum præfuit esse deperditam, docet Lutherus toto libro de seruo arbitrio.

Christi se discipulos esse professi, in homine perdit, & in spirituale exitum demerso, liberum arbitrium adhuc querunt, inter Philosophorum placita, & cælestem doctrinam partiendo, planè desipiunt, ut nec cælum, nec terram attingant.

P A R A L L E L U M X I.

Deus impossibilia iubet.

IANSENIUS.

HETERODOXI.

Sunt quadam homini præcepta, secundum statum, & vires in quibus constituitur, impossibilia; nec adest semper gratia, quæ præcepta illa implere sufficiamus. To. 3. lib. 3. c. 13. col. 325.

LUTHERUS in Consultat. rationis Latomæ. Tot Scripturæ testimonia, probant mandatum esse impossibile nobis, ut nihil sit manifestius.

MELANCTHON ad cap. 4. Ep. ad Rom. c. 1. Cum mandat lex diligi Deum; perinde impossibilia iubet, atque si præcipiat nobis transuolare Caucaſum.

CALVINUS lib. 2. Instit. cap. 7. Sit extra controuersiam, impossibile esse, in hac carne, legis implementum.

IDEM *ibid.* §. 5. Quòd autem impossibile legis obseruationem diximus, ad est paucis verbis explicandum, simul & confirmandum: solet enim vulgò, absurdissima sententia videri.

CONTRA-REMONSTRANTE art. 53. in Specimine Amstel. Deus ab omnibus hominibus... exigit seruitium & obedientiam; sed potestatem obediendi non vult omnibus dare: cuius fidem ab omnibus, quibus verbum annuntiatur; sed non vult omnibus ipsis dare fidem.

B Impotentia implendi præcepta, reperitur etiam in iustis, qui & fidem Christi, & charitatem iustitia susceperunt. To. 3. lib. 2. c. 32. col. 236.

IOANNES MONHEMIVS dialog. 3. Nemo, quantumuis perfectus, præstare potest quod lex iubet.

MELANCTHON in Apologia, titulo de Veteri monasticis: Extrema impietas est sentire, quod Decalogus ita satisfaciant, ut merita supersint, cum hæc præcepta omnes sanctos acculent: Diliges Dominum &c. Item: Non concupisces, &c.

LUTHERUS in Ep. ad Galatas cap. 4. Impossibile est humanam naturam implere legem: imò in iustificatis, qui habent Spiritum sanctum, repugnat lex membrorum legi mentis.

IDEM in psal. 51. Decalogus nunquam potest plenè præstari.

C Ita peccato periit libertas arbitrij ad faciendum bonum, ut ante gratiam non solum non possit, vniuersam legem moralis honestatis implere, sed nec vniam quidem, nec vnum opus eius. Tomo. 2. de stat. nat. lapsæ lib. 4. c. 19. col. 631.

IDEM in propositionibus de lege, contra Ammonios. Lex est planè inutilis, & impossibilis.

Sine

CHEMNI-

D a Sine gratiâ superari non potest vlla tentatio: vel si superetur, alio etiam peccato superatur; b nec sine eâ, vel vnum præceptum legis naturalis, impleri potest, sic vt peccatum illâ obseruatione vitetur.

E Improbatur Ianfenius hanc sententiam ex Ep. ad Demetriadem. Nec impossibile aliquid voluit imperare, qui iustus; nec damnaturus hominem fuit pro eo, quod vitare non potuit, qui pius est. Tomo 1. lib. 4. c. 16. col. 218.

F Nam hoc idem sibi vult Augustinus, quando contra Pelagianos præceptorum possibilitatem contentiosissimè inculcantes, dicit, & c. Tomo 3. lib. 3. c. 13. col. 324.

G Quamuis homini desit gratia sufficiens, qua præcepta possit implere, non propterea frustra esse præcepta, consilia, monitiones: habent enim vsum significandi homini, vt si forte possit, faciat quod iubetur. Si non possit, infirmitatem doleat, oretq; pro viribus impetrandis. Tomo 3. lib. 3. c. 17. col. 354.

H Tertia utilitas (præceptorum) vt non solum sciant, tam boni, quam mali, quid sibi faciendum sit; sed etiam qui non faciunt, sint inexcusabiles. To. 3. col. 356.

I Etsi præcepta impossibilia, ea tamen non esse frustra, ostendere conatur Ianfenius. Tomo 3. lib. 3. c. 17. col. 352. & seq.

D CHEMNITIVS in examine Trid. ad sess. 6. cap. 11. & can. 18. tota questione 3. Quamdiu igitur caro spiritui repugnat, lex non potest perfectè impleri.

E LVTHERVS in responsione ad dialog. Syluestri. Pessimè facis, quod negas Saluatorem, impossibilia iussisse: plusquam pessimè facis, quod hoc falsitatem audes appellare: non possumus, in hac vita mandata Dei implere.

F CALVINVS in Antid. ad sess. 6. Cap. 11. Impossibile esse assero, quod Scripturæ nunquam futurum pronuntiant. Vexabant Augustinum hac calumniâ Pelagiani, quod diceret Dei præcepta ad obseruandum, esse impossibilia.

IDEM 2. Instit. cap. 7. §. 5. Eiusmodi argutiâ vexabant Augustinum Pelagianij iniuriam fieri Deo, si plus iubeat, quam per eius gratiam præstare queant fideles.

G CHEMNITIVS in examine Trid. ad sess. 6. can. 4. & 5. Non sunt frustra (præcepta) etsi nihil possit liberum arbitrium, sine gratia necessitante, quam soli electi habent.

CALVINVS lib. 2. Instit. cap. 5. §. 7. Impij, dum aduersari Deo suas libidines per legem edocti, suo ipsorum testimonio rei hiant. Pij, dum suæ impotentiae admoniti, ad gratiam confugiunt.

H CALVINVS ibid. §. 4. Verbum idem, dum reprobis destinatur, etsi non in eorum correctionem, in alium tamen vsum valere facit, quo & in præsens conscientia testimonio vrgeantur, & in iudicij die magis reddantur inexcusabiles.

IDEM facit Calvinus ex iisdem penè testimoniis, & rationibus lib. 2. Instit. cap. 5. §. 4. & seqq.

PARALLELVM XII.

Ignorantia inuincibilis non excusat à peccato.

IANSENIVS.

A Ignorantiâ, etiam qua necessitatis est, non voluntatis, hoc est inuincibilem non carere peccato, vt dogma fidei, ab antiquis traditum, & contrarium solemnè Pelagianorum dogma fuit.

Tom. 2. de stat. nat. lap. lib. 2. tit. & textu cap. 2. col. 287.

excusante. Quisquis inuincibilem ignorantiam, excusationem mereri statuit, inuertit Scripturam sanctam, & tollit è mundo Christum iustitæ solem.

HETERODOXI.

A LVTHERVS in Genes. cap. 12. Scholastici inuincibilem ignorantiam dixerunt excusabilem, id est, peccatum prorsus tollat: hoc si statuamus verum esse, sequetur, etiam si sine Christo homines saluari, si faciant, quod in se est: tanta caritas est in Papæ Scholis, & Ecclesiis.

IDEM ibid. Falsa est ista celeberrimorum sententia, de ignorantia inuincibili

P Ignorantia

Iansenius.

B Ignorantia inuincibilis iuris naturalis, non excusat à peccato delinquentes.

Tomo. 2. de stat. nat. lap. lib. 2. cap. 5. col. 310.

Doctrina supra tradita de alia ignorantia intelligi non potest, quàm de illa, quæ dicitur esse iuris naturalis.

Tom. 2. lib. 2. de stat. nat. lap. c. 5. col. 306.

Heterodoxi.

B LUTHERVS in *Genes. c. 12.* In politicis negotiis potest esse locus inuincibili ignorantie Sed hæc ad res sacras, & conscientia negotia transferenda non sunt.

C CALVINVS lib. 2. *instit. cap. 2. §. 25.* Eorum est repudianda opinio, qui consultam malitiam, & prauitatem in omnibus peccatis, intercedere tradunt, nimium enim experimur, quoties labamur cum bonâ nostrâ intentione.

P A R A L L E L V M XIII.

Non dari opera moraliter bona naturalis ordinis.

IANSENIVS.

A *Ita peccato periit libertas arbitrij ad faciendum bonum, ut, ante gratiam, non solum non possit vniuersam legem moralis honestatis implere, sed nec vnâ quidem, nec vnum opus eius, ita inducta est peccandi necessitas, ut in omni actu, quo legem sibi videtur vel seruare, vel transgredi reus alicuius peccati teneatur.*

Tomo 2. de stat. nat. lap. lib. 4. cap. 18. col. 632.

B *Viribus natura peccatum sine peccato non vitatur, nec lex vlla seruatur.*

Tomo. 2. de stat. nat. lap. lib. 3. cap. 20. col. 525.

C *Pelagiani doctrinam suam, quod possint fieri opera natura moraliter bona, fundant in loco Apostoli, ad Rom. 2. Genes quæ legem non habent &c. quæ sunt dissonantia à doctrina Ecclesiast. veritate.*

Tomo 1. lib. 4. cap. 8. col. 202.

IBID. *Omni iustitiâ vsque ad minimam particulam, hominem spoliamus, donec solâ misericordiâ in spem vitæ æternæ regeneratus fuerit.*

IBID. *lib. 2. instit. cap. 3. §. 2.* Graui telo confoditur, eius ingenium, quum omnes, quæ inde prodeunt cogitationes, vt stultæ, friuolæ, insanæ, peruersæ irridentur.

PETRVS MARTYR in *Ep. ad Rom. cap. 9. v. 18.* Qui regenerati non sunt, nihil quod Deo placeat præstare possunt, imò quidquid agunt, semper peccant.

P A R A L L E L V M XIV.

Omnia opera infidelium esse peccata.

IANSENIVS.

A *Omnia opera infidelium, sunt peccata: & virtutes Philosophorum sicut vitia.*

Tomo 2. de statu nat. lap. lib. 4. cap. 17. col. 652.

Idem

HETERODOXI.

A **CHEMNITIVS** in *Exa. Trid. in sess. 6. can. 7.* Infidelium opera, non inter verè bona opera, sed inter peccata recensenda sunt.

LUTHERVS in *Genes. cap. 8.* Si igitur hoc, quasi

Heterodoxi.

quasi somnium vitæ, & externam hanc laruam consideres, pulcherrimum factum est; sed coram Deo est fœda idololatria.

CALVINVS lib.3. *Instit.* cap.14. §.4. Est maledictum, (*opus infidelium*) nec modò nullius ad iustitiam pretij; sed certi in damnationem meriti, quidquid cogitat, meditatur, perficit homo, antequam Deo per fidem reconcilietur.

CHAMIERVS lib.4. cap.6. n.1. Quidquid fit absque fide, peccatum est. *Quod probat toto illo capite, & sequentibus, ex eisdem serè locis Augustini, & Scripturæ, quibus Iansenius.*

MELANCTHON in Ep. ad Rom. cap.14. v.14. Omne quod non est ex fide, peccatum est.

IANSENIUS.

B *Idem docet fusè ex professo, de virtutibus Romanorum.*

Tomo 2. de statu nat. lapsæ lib.4. cap.11. 12. & 13.

C *Sola absentia fidei sufficit, ut omnia opera infidelium vera sint peccata.*

Tomo 2. de statu naturæ lapsæ lib.4. cap.3. col.533.

D *Nullum omnino fieri potest opus bonum, hoc est sine peccato, nisi ad finem, in quem referri vera sapientia præcipit, hoc est, in Deum propter se dilectum, referatur.*

Tomo 2. de stat. nat. lapsæ lib.3. cap.17. col.509.

E *Hæc est ratio, cur huiusmodi opera (infidelium) sint peccata, quia non ad illum finem referuntur, quo vera sapientia referenda esse præscribit.*

Tomo 2. col.511. Ibidem per totum cap.17.

IDEM *ibid.* Infidelium voluntas, eo ipso quo destituitur charitate, mala est.

IDEM *ibid.* n.25. Non est necessè, aliquem operari propter diabolum ut peccet; sed sufficit omnino non operari propter Deum.

PETRVS MARTYR in Ep. ad Rom. cap.2. v.14. Præclata eorum opera, (*infidelium*) licet quoad ipsos peccata essent, tamen ex sua natura vel genere cum accederent ad illa quæ Deus in lege præcepit, damnari non poterant humano iudicio: coram Deo tamen præua ea fuisse, idè non est dubium quòd ad congruum finem minimè referrentur.

PARALLELVM XV.

Attritio ex metu gehennæ mala.

IANSENIUS.

A *Impossibile est, ut ille, qui in peccandi proposito constitutus est, solâ pænæ formidine*

HETERODOXI.

B CALVINVS lib.3. *Instit.* cap.14. §.3. Constituit igitur (*Augustinus*) omnes Fabricios, Scipiones, Carones, in illis suis præclaris facinoribus hoc peccasse, quod cum fidei luce carerent, non ad eum finem ipsa retulerunt, ad quem referre debuerunt.

LVTHERVVS in Ep. ad Galatas c.4. Opera extra fidem facta, ut maximè in speciem sancta videantur, sub peccato, & maledicto sunt.

C BVCERVS 1. ad Rom. cap.14. v.23. Quod fide caret, non modò ingratum, sed & abominabile est coram Deo.

CALVINVS in *Antid.* Trid. sess.6. in can.7. Sine qua (*fide*) quæ videntur bona opera, in peccata vertuntur.

D CALVINVS in *Antid.* sess.6. in can.7. Idè peccant infideles, quidquid agant, quòd facta sua non ad legitimum finem referunt. *vbi iisdem locis Augustini vitur, quibus Iansenius.*

IDEM lib.3. *Instit.* cap.14. §.3. Quia ergo scopum non respiciunt, quem Dei sapientia præscribit, tamen officium bonum videtur, quòd agunt, sine tamen peruerso peccatum est. *Quod toto serè capite probat.*

E CHAMIERVS lib.4. cap.10. n.2. Ut alia omnia deessent, certè nihil agit infidelis propter Deum; atqui hic finis si desit, nihil est, quod possit bene fieri.

HETERODOXI.

A LVTHERVVS in *assertione articulorum contra Bullam Leonis ass.*4. Imperfecta charitas morituri secum fert necessariò magnum timorem

Iansenius. Heterodoxi.

midine ita mutet voluntatem, peccatum detestetur, ut non peccet.

b Tom. 3.
col. 572.

A b Quia & id est principium, esse impossibile ut sic mutet voluntatem, nam hoc proprium officium charitatis est.

a Tom. 3.
col. 587.

B a Præceptum bonum ex timore, ne quidem concupisci potest, sed solâ charitate.

a Tom. 3.
col. 584.

C a Iustitia, quam ex formidine quis operatur . . . non est vera, sed ex affectu inquinato orta. b. Nullum enim opus, potest esse bonum, nisi in finem, in quem referri vera sapientia præcipit, hoc est in Deum propter se dilectum, referatur.

a Tom. 3.
col. 577.

D a Timens, quidquid ex illo timore fecerit, nihil ex animo, nihil ex corde, nihil volenter, nihil coram Deo; sed tantum in speciem coram hominibus, operatur. Hinc non est amicus rectitudinis, nec Dei; sed potius hostiles erga eum animos gerit; b & potius non implet operando legem quam implet.

b Tom. 3.
col. 584.

E Quæ omnia præcipue declarant doctrinam istam, quam Scholastici quidam tradunt de dolore peccatorum, ex solo gehenne metu, non solum Augustini principis fundatissimis, & per omnes eius lucubrationes diffusis ex diametro repugnare; sed etiam à Synodi Tridentina Patribus, multis modis proscriptam esse; quam, non perfecta veritas, sed solâ inutilis, imò perniciofa erga peccat ores misericordia peperit.

Tom. 3. lib. 5. c. 35. col. 597.

morem, qui se solo satis est facere penam Purgatorij, & impedire introitum regni.

B LUTHERVS in Epist. ad Sulpicium: Penitentia vera non est, nisi quæ ab amore iustitiæ, & Dei incipit, & hoc est principium penitentitiæ.

IDEM ibid. Resipiscencia, & intelligentia sui mali sine mutatione affectus, & amoris fieri est impossibile.

C CHEMMITIVS in exa. Trid. de contritione, in fine sess. 14. can. 5. Contritio expanscens, consideratione iræ, & iudicij Dei, si non oriatur ex dilectione Dei, etiam si accedat fides, petens, & statuens remitti nobis, peccata propter Christum, tamen est non salutaris, sed ludæ penitentia.

D LUTHERVS in assertionibus articuloꝝ contra Bullam Leonis ass. 6. Contritio, quæ paratur per discussionem, & collectionem, & detestationem peccatorum, quâ quis recogitat annos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum gravitatem, multitudinem, hæditatem, amissionem æternæ beatitudinis, & acquisitionem æternæ damnationis, hæc contritio facit hypocritam, imò magis peccatorem. Hec propositio in terminis damnata est à Tridentino sess. 14. can. 5.

IDEM in serm. de penit. Quò magis timore penæ, & dolore damni conteruntur, eò magis peccant, & afficiuntur suis peccatis, quæ coguntur, non autem volunt odisse.

E IDEM ibid. Vocant (Papista) attritionem, proximè disponentem ad contritionem: quæ opinionem errorem ego iudico.

Nota: Calvinum hic esse benigniorem Læticam: nam in Antiq. Trid. sess. 6. can. 8. Si quis dicat metum peccatum esse, anathema sit. respondet: Amor, nec cuiquam id puro in mentem venisse, quæ ab illo describitur, veram penitentiam contritæ.

PARALLELVM XVI.

Amor concupiscentiæ respectu Dei, vitiosus est.

Iansenius. Heterodoxi.

A C oncupiscentia respectu Dei amor vitiosus est.

Tom. 3. lib. 5. cap. 9. col. 525.

B Spem Christianam deprimunt, qui eam subtrahunt charitati, & quodam sinceritatis adulterio puritatem divinæ, & gratiæ charitatis in concupiscentiæ amore, aut in mercenariæ cupiditatis fæditatem vertunt.

Tom. 3. lib. 5. c. 9. col. 526.

A LUTHERVS in assertion. articuloꝝ contra Bullam Leonis ass. 6. Contritio, quæ paratur per amissionem æternæ beatitudinis, facit hypocritam, imò magis peccatorem.

B CALVINVS in Antiq. ad sess. 6. can. 25. Dei iudicio nihil est sincerum, nec probum, nisi quod ex perfecto eius amore manat.

Abste

IDEM

Iansenius.

Heterodoxi.

c Absit, ut in Christianus propter retributionem operetur, ipsum Deum mercedem tanquam sibi vtilem expectando.
Tom. 3. lib. 5. c. 10. col. 330.

c IDEM ibid. can. 31. Cum ingenuam à filiis suis obedientiam requirat Deus, servile huiusmodi obsequium (inuitu scilicet mercedis operari) nõ repudiabit modò, sed procul etiam reiiciet.

BVGARVS DE MONTE FALCONE in Cataloga damnata sicut ob hanc doctrinam; vt refert Bernardus de Luxemburgo, in Catalogo hereticorum.

PARALLELV M XVII.

Præcepto, *Non concupisces*, prohibiti motus indeliberati.

IANSENIVS.

HETERODOXI

A Per præceptum, *Non concupisces*, ipsi motus concupiscentiæ intelliguntur prohiberi: ideoq; illud præceptum solum est in celo complendum. . . . Et infra.

b Huius vitæ iustitiam hic perfici, quando concupiscentiis, eisi tumultuantibus, non consentimus.

Tom. 2. de statu nat. lap. lib. 2. cap. 24. col. 414.

A CALVINVS l. 3. insti. cap. 3. §. 10. Augustinus tum demum fieri peccatum docet, quando primæ appetitioni cedit voluntas: Nos autem illud ipsum pro peccato habemus, quod aliquâ omnino cupiditate contra legem Dei homo titillatur, &c.

b IDEM in Ep. ad Rom. cap. 7. v. 7. Intellexit (homo) se esse peccatorem, dum vidit concupiscentiam lege prohiberi, quâ nemo hominum vacuus est.

IDEM in Antid. sess. 5. decreto de originali: Negari, nisi impudenter, non potest, quin repugnantia aduersus legem Dei verè sit peccatum. . . . sequitur ergo, suapte naturâ esse peccatum, tamen non imputetur.

Agit de concupiscentia motibus indeliberatis, quos dixerat Concilium non nocere, nisi consensus accedat.

MELANCTHON secutus magistrum suum Lutherum, in locis communibus, de 9. & 10. præcepto. Sciamus lege Dei. . . . accusari, & damnari etiam vitium hærens in hac deprauata hominum naturâ, quod vocant concupiscentiam; non enim tantum damnat hic vitiosos affectus, ad quos accedit consensus, sed etiam ipsam prauam inclinationem.

CHAMIERVS Tom. 3. lib. 10. cap. 6. §. 15. Itaque cum concupiscentiam hanc, quæ ex deliberatione voluntaria est, constet vtrunque esse peccatum, & prohiberi hoc decimo legis mandato, sitque tantum controuersia de altera, hanc etiam iam nos dicimus prohiberi hoc mandato.

PARALLELV M XVIII.

Diua Virgo non potuit esse immunis à peccato originali, & contrarium est erroneum.

IANSENIVS.

HETERODOXI.

Nillum qualecumque malum inferri à Deo potest creaturæ rationali, sine culpa.

Tom. 2. de stat. puræ nat. lib. 3. c. 11. col. 925. in titulo capituli.

Impossi-

b CHAMIERVS Tom. 3. lib. 5. cap. 7. Hæc immunitas, (D. Virginis) repugnat Scripturæ, quæ definit, vno dempto Christo, in omnes homines deriuatum esse peccatum: repugnat traditioni Ecclesiæ.

P 3

IDEM

Iansenius.

Heterodoxi.

B Impossibile est miseriam à Deo infligi sine culpa precedente.

Tomo 2. de statu puræ nat. lib.1. cap. 14. col. 746.

C Ex miseris puræ naturæ cogimur ad diuersas impietates, ad blasphemiam, ad Manichæismum (quia nempe in illa culpa non fuisset.)

Tomo 2. de statu puræ naturæ lib. 3. c. 15. col. 945. in titulo capitis.

Sed B. Virgo passâ est miseris, & poenitentis huius visa, & mortua est; & iuxta Tridentinum sess. 6. can. 23. omni peccato actuali caruit, ergo. Consequentiam formet lector.

B IDEM ibid. c. 11. §. 1. Quicumque obnoxius est miseris à peccato, nec propter merè aliena peccata, is est obnoxius peccato; at Beata Virgo, obnoxia fuit miseris, quæ à peccato, nec propter merè aliena peccata; ergo Virgo Beata fuit obnoxia peccato.

C MATTHIAS ILLYRICVS centuria 9. cap. 10. Tilmannus Heshufius in lib. de sexcentis erroribus Pontificum tit. de peccato num. vltimo. Martinus Chemnitius in examine Trid. sess. 6. in appendice ad decretum V. docent erroneam esse sententiam, quæ facit Beatam Virginem, peccati originalis expertem.

Amice lector, Antistiteræ partem vtramque æqualibus hinc inde momentis æquilibrem vbi sedulo inter se contuleris, stylique acrimoniam, censurandi temeritatem, ac arrogantiam, phrasim haud dissimilem, rem ipsam, scopum denique, ac symbola omnia iustâ æstimatione appenderis; nunquid censebis Ianseniano calculo absolutum iri nostri temporis hæreticos, in vniuersa propemodum de Prouidentia Diuinæ serie doctrinæ; damnandos autem omnium gentium, ac sæculorum Doctores Catholicos? vtrumque arbitrare, certè id nos allecutos confidimus, ne splendido ac specioso titulo Augustiniani nominis, interpretis verò Episcopi, ac Doctoris Theologi. prætexta dogmata, eadem fortasse, quæ à vicinis nostris Heterodoxis eodem Augustini inuolucro subdolè propinata sunt, atque etiamnum (pro dolor!) propinantur, incautum fallant.

CAPVT SEXTVM.
 DE IMPOSTVRIS,
 CONTRADICTIONIBVS
 ET
 THRASONISMIS
 CORN. IANSENII.

Quoniam præter immodicas Censuras, quibus Societatis IESV Theologos perstringit Iansenius, quæ plurima, quorum aliqua hinc inde delibata sunt, falsò illis imponit, ut in primis est illud: *Quòd obiectiones Pelagij, vel Augustini errantis, acceperint pro vera eius doctrina & asserione:* quod toto Opere suo insolenter iactat, plurima item dicat parum inter sese coherentia; imò & quædam in sanctos Ecclesiæ Patres, & Scholasticos omnes Theologos, quibus superbè insultat, iniuriosa: visum fuit è multis pauca colligere & Lectori proponere: ut sicut ex superioribus capitibus doctrinam, ita ex pauculis illis fidem Iansenij plenius perspiciat, ne incautus fallatur.

PRIMA IMPOSTVRA.

Scriptores inter Origenis & Augustini atatem interiecti plerique Semipelagianæ labe infecti fuerunt, quam in Oriente ab ipso Origene (quem in Scripturarum explicatione sectabantur) traxerunt, præcipuè Græci. Iansenius Tom. 1. col. 438.

Per Scriptores illos sanctos Ecclesiæ Patres Doctoresque intelligit, ut eorum contra se proferenda testimonia suspecta reddat. Hæresicos igitur insinuat Iansenius Athanasium, Epiphanium, Basilium, Ephrem, Gregorium Nazianzenum & Nyssenum, Chrysostomum, aliosque coæquales illorum, qui definitis temporibus inter Origenem & Augustinum interiacent. Insinuat quoque hoc modo nouitatis Augustinum, quasi diuersam ab illis doctrinam tradiderit, atque ita vnus Catholicæ Ecclesiæ coniunctissimos filios diuidit. Quo spiritu? Quo apud Ruardum Art. vii. Caluinus: cuius ibi verba sunt tantum non modestiora: *Græci, inquit, præ aliis, atque inter eos singulariter Chrysostomus, in extollenda humane voluntatis facultate modum excefferunt. Veteres autem omnes, excepto Augustino, sic hac in re, aut variant, aut vacillant, aut perplexè loquuntur, ut certi ferè nihil ex eorum scriptis referre liceat.* Sic ille, Veteribus omnibus, & præsertim Græcis Ecclesiæ Patribus, Augustini doctrinam, velut ab illis diuersam & nouam opponens. Sed quàm ab Antiquorum, etiam Græcorum, Patrum sententia recedere noluerit Augustinus, & quàm suam ipsè doctrinam illis studuerit conformare; patet in primis ex Epist. Cælestini Pontificis ad Episcopos Galliæ c. 2. Et ex ipso Augustino lib. de natura & gratia c. 61. 62. & seqq. Item de bono perseverantiæ c. 19. & lib. 1. contra Iulianum c. 4. 5. & 6. ubi suam doctrinam ex eorum, velut irrefragibili auctoritate, nititur stabilire. Quàm verò etiam illibata & ab omni hæresicos labe pura eorumdem scripta censuerit, patet ex lib. 2. contra Iulian. c. 10. sine, ubi post nominatos complures Græcos Latinosque Patres, qui inter ipsum & Origenem plerique interiacent, sic contra Iulianum, eorum obtrectatorem, concludit: *Aduersus hanc, inquit, miserabilem, quam Deus auertat, insaniam sic respondendum esse video libris tuis (Iuliane) ut fides quoque aduersus te defendatur istorum, sicut contra impios & Christi professos mimicos, etiam ipsam defenditur Evangelium.* Hisce verbis etiam contra Iansenium defensos sanctos Patres Lector meminerit, sicubi eorum auctoritatem ab illo eleuari animaduertit.

II. IMPOSTURA ET CONTRADICTION.

Origenes omnibus numeris absolutam tradit, inamissibilem, & quasi essentialem in omni statu liberi arbitrii indifferentiam, quæ alterius partis necessitate excludat. Hæc est autem totius Pelagianæ structura basis præcipua. Ians. tom. 1. col. 367.

a Tom. 3.
col. 658.

Errores Origenis diligentissime notarunt Epiphanius, Theophilus, Hieronymus, Theodoretus, Nicephorus, alique; neque vllus eorum inter errores eius posuit eam, quam docuit indifferentiam vtriusque partis. Sed & Iansenius, qui loco citato, suâ illâ censoriâ potestate indifferentiam illam in Origene erroris damnat: non veretur eundem oborto collo in eam sententiam trahere quod libertas cum necessitate consistat, cum tamen expresse contrarium ibi dicat Origenes. Nimirum nouit Iansenius, Batauicâ arte, cum lubet, nunc in Orientem, nunc in Occidentem eodem vento nauigare, & in eodem Auctore nunc communem & veram doctrinam hæreseos damnare; nunc ab illa abductum in suam sententiam pertrahere.

III. IMPOSTURA ET CONTRADICTION.

Iansenius S. Augustinum pro libitu suo iam irrefragabilem facit Doctorem: iam errantem aut retractantem: iam dogmatizantem, quod ipsi placuerit.

a To. 2. col.
745.
b Tom. 2.
col. 964.

Primò enim dicit Augustino altissimam Theologiam mox à baptismo cælis fuisse inspiratam a. E diuerso autem Augustinum b suo pede metiens, dicit illum quæ iuuenis ac tyro contra Manichæos scribens incautè effuderat, ea iam senem, & contra Pelagianos sententem correxisse; ac inter cetera id quod dixerat de penis parulorum: cum tamen nec id retractarit Augustinus, nec tyro, aut iuuenis, sed iam Episcopus creatus contra Manichæos scripserit.

Secundò doctrinam omnem suam, quam contra communem Scholasticorum sententiam protrudere cepit, inuidiâ declinandæ causâ, S. Augustino adscribit, eamque ab illo velut Ecclesiæ Catholicæ dogma traditam fuisse asseuerat: vt ferè facit in omnibus illis, quæ cap. 2. per articulos 18. ex illo proposuimus. Cum tamen Cælestinus Pontifex epistolâ ad Prosperum & Hilarium expresse definiat, illa dumtaxat in præscriptis materiis vt huius dogmata haberi debere, & sufficere, quæ ibidem nouem articulis à c. 4. vsque ad 12. compendioso modo complectitur: quæ certè non sunt illa, quæ hæcenus ex Iansenio retulimus. De reliquis verbò ibidem non definitis, sic ad extremum loquitur Pontifex: *Profundiores verbò difficultioresque partes incurrerunt questionum, quas latius pertractarunt, qui hæreticis restiterunt, sicut non audemus conuenire, ita non necesse habemus asstruere.* Sunt ergo non pauca ab Augustino disputata, & disputando resoluta, quæ fatente Pontifice necesse non habemus asstruere, quasi forent fidei Christianæ dogmata. Malè autem hoc dictum ad ea sola restringit Iansenius, quæ ita sunt ab Augustino disputata, vt de iis nullam ipse vtramlibet in partem, resolutionem dederit.

IV. IMPOSTURA.

Prædestinationum hæresim, è diametro Pelagianis oppositam, vniquam extitisse negat Iansenius: sed hoc nomine per calumniam à Massiliensibus ait appellatos fuisse Augustini sectatores, eosq; primùm à Gennadio Massiliensi in hæreticorum catalogo relatos fuisse, & post illum ab aliis scriptoribus Gennadium incautè secutus. Iansen. tom. 1. col. 541.

Hac viâ suæ consulere studet Prædestinationi Iansenius. Sed frustra: nam Prædestinationum Hæresim disertè exprimit, & damnat Araucanicam Can. 25. sub finem his verbis: *Aliquos ad malum diuinâ potestate prædestinatos esse non solum non credimus, sed etiam, si sunt qui tantum malum credere volunt, cum omni detestatione in illos anathema dicimus.* Et quamquam hoc Concilium Gennadio sit posterius, tamen aliquam eiusmodi hæresim extitisse, & damnatam fuisse contra Iansenium conuincit. Quod verò ea etiam Gennadio antiquior fuerit, patet ex Arnobio, qui eiusdem Hæreseos meminit in illud Psal. 108. *Noluit benedictionem: vbi sic habet: Nota ex arbitrio venisse vt nollet, propter Hæresim qua dicit: Deum alios prædestinasse ad benedictionem, alios*

ad maledictionem. Siue enim Commentarios illos scripserit Arnobius senior, siue iunior, uterque Gennadio multò est antiquior. Sed & Augustino non ignota fuisse videtur qui epist. 47. initio, sic dicit: *In Pelagianorum errorem cadit, qui putat aliquo merito humano gratiam Dei dari.... Sed rursus, qui putat quando ad iudicium Dominus venerit, non iudicari hominem secundum opera sua, qui iam per atatem vri potuit libero voluntatis arbitrio, nihilo minus in errore est.*

Vbi expressè Pelagianismo aliam errorem opponit: qui videtur fuisse eorum, qui ex solo Dei beneplacito, sine respectu ad vlla opera mala, ob solum originale peccatum homines à Deo reprobari dicerent.

V. IMPOSTURA ET THRASONISMVS.

*S*criptores Societatis Bellarminum, Molinam, Suarez, Vasquez, Lessium aliosque arripuisse & citasse ex Augustino obiectiones Pelagij, aliorumve errantium pro doctrina & resolutionibus S. Augustini. Ians. Tom. 3. col. 218. & alibi:

TRia omnino loca S. Augustini, profert Iansenius, in quibus Auctores Societatis obiectiones Pelagij, vel ipsius Augustini adhuc errantis, pro vera eius doctrina siue assertionem, ipsius iudicio, abusi fuerint: eaque velut si sexcenta forent, per omnia libri sui compita à capite vsque ad calcem insolenter debuccinat. Sed quâ fide, videat ex sequentibus sincerus lector & iudicet. Confidimus enim fore, vt facile videat & thrasonem esse Iansenium & impostorem.

PRIMVS locus Augustini habetur *lib. de Correctione & gratia c. 10.* eumque adducit Vasquez *1. p. disp. 98. c. 2.* & Suarez *tom. 3. de gratia lib. 10. cap. 9. n. 6.* vt ex eo probet: Adamum in statu innocentiae perseverantiam non habuisse, quæ fuerit speciale donum; quale habuerunt Angeli in bono persistentes, vel homines nunc in iustitia perseverantes. Verba autem Augustini eandem illic quæstionem proponentis, & dilemmaticè secum disputantis sunt ista: *Sed illud magis querendum operosiusq; tractandum, quomodo respondeamus eis, qui dicunt: Si in illa rectitudine, in qua sine vito factus est, habuit perseverantiam, proculdubio perseveravit in ea. Et si perseveravit non peccavit.... Eum autem peccasse veritas clamat. Non ergo habuit in illo bono perseverantiam, & si non habuit, non vtiq; accepit. Porro si propterea non habuit quia non accepit, quid ipse non perseverando peccavit, qui perseverantiam non accepit? Ex quo dilemmate priora illa verba: Non ergo habuit perseverantiam; & si non habuit, non vtiq; accepit, quia breviter erant & clara, & in eo sensu, quo Suarez iis pro sua sententia vtiat, ab ipso Augustino, vt patebit, concedenda; velut concessis & admittis vsus est Suarez. Et rectissime, & ex ipsa Augustini mente. Volens enim ostendere Augustinus Adamum, qui non perseverauerat, atque adeò quodam pacto perseverantiam non habuerat; nihilominus non perseverando peccasse: duplicem distinguit perseverantiam; vnam per quam posset perseverare, & hanc dicit Adamum habuisse: ideoque non perseverando peccasse; alteram verò, quæ det re ipsa perseverare; sicut iusti in hoc statu perseverant: & hanc negat Adamum habuisse. Sic enim dicit *c. 12. Primo homini datum est adiutorium perseverantis, non quo fieret vt perseveraret: sed sine quo perseverare non posset.* Itam ergo perseverantiam, quâ fieret vt perseveraret, fatetur Augustinus Adamum non habuisse, nec proinde accepisse. Bene ergo pro ea re vsus est verbis illis Augustini, quamquam in dilemmate & obiectione positus: *Non habuit perseverantiam, & si non habuit, non vtiq; accepit.* Malâ autem fide illi imponit Iansenius quòd non animaduertit isto loco esse obiectionem, cum illa vel pueri appareat: peiori, quòd dicit esse obiectionem Pelagij, cuius nulla ibi mentio: pessimâ quòd asserat esse errorem Pelagij: refutatâ ab Augustino; cum August. verba à se proposita, eodem quo Suar. sensu admittat.*

SECUNDVS locus, isque nihilo meliore fide à Iansenio tractatus, habetur apud S. Augustinum *lib. de Spiritu & litterâ: vbi ostensurus, tam fidem quam credendi voluntatem esse donum Dei, & querens cur ea non contingat omnibus; sic secum ipse disputat: De hac, inquit, queritur, unde sit nobis? Si natura; quare non omnibus, cum sit idem Deus omnium creator? si dono Dei, etiam hoc, quare non omnibus, cum omnes homines velit saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire? Huic problemati mox adaptat responsonem, sed adhuc velut pendentem, paulò post dicturus, an & quo sensu ea recipienda sit, hoc modo: *Videamus, vtrû m huic satisfaciât quæstioni, quòd Liberrum arbitrium naturaliter attributum à creatore, anima rationali, illa media via est, quæ vel intendi ad fidem, vel inclinari ad infidelitatem potest. Et ideo nec istam voluntatem, quâ credit Deo, dici potest homo habere quam non accepit: quando quidem vocante Deo surgit de libero arbitrio, quod naturaliter, cum crearetur, accepit.* Hæc prior est pars responsonis. Tum nullis interiectis addit: *Vult autem Deus omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire; non sic tamen vt eis adimat liberum arbitrium,**

trium, quo vel bene vel male videntes, iustissime iudicentur. Quae posterior est pars pendens responsionis. Vtramque deinde explicat, confirmatque initio cap. sequentis, vt mox videbimus.

Ex hoc loco duo quaedam probant Societatis Scriptores. Primum, quod voluntas humana, oblatâ etiam fidei gratiâ, quâ credere possit, libera nihilominus & indifferens maneat, vt credat & non credat: eò quod *Liberum arbitrium illa media vis est* (id est inter duo extrema, bonum & malum, indifferens) *qua vel intendi ad fidem, vel inclinari ad infidelitatem potest.* ita Suarez. Alterum est quod Deus reuera omnes homines velit saluos fieri; & ex ea voluntate & fidem & gratiam offerat omnibus. Sed sic vt eos liberos relinquat, neque cogat: atque ita fieri quod multi sua voluntate & vitio non credant, & iustissime, vt ait Augustinus, iudicentur, siue condemnentur. Hoc enim tum ex Augustini dilemmate & adiuncta responsione colligitur:

a lib. 2. de grat. c. 5.
b lib. 4. de Predest. c. 1.
c disp. 1. membr. 6.
ad 4. 23.
art. 4. & 5.
d de Præd. sect. 6. n. 66.

¶ Bellarminus, b Suarez, c Molina, d Lessius aliique. Sunt hæc duo doctrinæ capita, capitaliter Ianfenio exosa, (vt visum supra cap. 2. art. 5. & 11.) & ex claris verbis S. Augustini deducta; idque non ab vno, sed à pluribus doctissimis Scriptoribus, iam citatis. Quos omnes vt vno velut icu iugulet, omnibus nervis contendit Ianfenius tom. 3. lib. 2. cap. 30. cui hunc titulum præfigit: *Soluuntur duo loca Augustini*, (id est duae partes eiusdem responsionis iam dictæ) *lib. de Spiritu & littera; in quorum vtroque Recentiores* (videlicet Bellarminus, Suarez, Molina, Lessius, ad marginem citati) *opinionem errantium ceperunt pro verbis Augustini.* Vbi notandum Opinione[m] ERRANTIUM, secundum Ianfenium esse ipsius Augustini ERRANTIS, siue errorem suum, quem olim tenebat referentis, ac deinde refutantur; & in hoc iterum cæcutiisse Scriptores illos dicit ille oculatissimus.

Sed vel ipse hic cæcutit Ianfenius; vel, quâ solet calliditate, aliis in re clara tenebras offundere nititur, & fallere. Nam duo illa, videlicet: *Quod liberum arbitrium media vis illa sit qua vel intendi ad fidem vel inclinari ad infidelitatem potest.* Et: *Quod Deus velit omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, non sic tamen vt eis adimat liberum arbitrium, quo bene vel male vitium iustissime iudicentur* (quæ sola ex illa Augustini responsione acceperunt Auctores nostri) nec hic, nec alibi vsquam retractat, aut retractare potest Augustinus. Vnde cap. seq. initio iam dictæ confirmans ait: *Hæc disputatio si questioni illi soluenda sufficit, sufficit.* q. d. Sufficit bene intellecta. Nec enim sufficeret si errorem contineret. Sed ne perperam à quoquam intelligeretur, subiungit: *Cauendum esse, ne quis æquè peccatum atque fidem Deo tribuat, ex eo quod & hæc & illud ex libero prodeant arbitrio à Deo creatore homini indito: Attendat, inquit enim, & videat, non idèò tantum istam voluntatem (credendi) diuino muneri tribuendam, quia ex libero arbitrio est, quod nobis naturaliter concreatum est: verum etiam quod binis suis finibus (externâ videlicet & internâ) agit Deus vt velimus & credamus* Et paulo post: *Profecto & ipsum velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus misericordia eius praeuenit nos: consentire autem vocati Dei, vel ab ea dissentire, sicut dixi propria voluntatis est.* Attendat ergo & videat Ianfenius verum esse nec retractatum quod dixerat: *Liberum arbitrium intendi posse ad fidem & inclinari ad infidelitatem; & Deum ita omnes homines velle saluos fieri &c.* non sic tamen vt eis liberum adimat arbitrium, quod asserunt cum Augustino Societatis Auctores; & contra illum negat Ianfenius: & ab hac re diuersum esse: An naturaliter sine Dei gratia credere quis possit, quod vti negat Augustinus, ita nemini istorum Theologorum in mentem venit: sed id iis imponere vellet Ianfenius.

POSTREMUS Augustini locus à Ianfenio relatus tom. 3. lib. 2. de grat. Christi cap. 31. & desumptus est ex lib. 1. ad Simplicianum q. 2. his verbis: *Aliter Deus præstat vt velimus, aliter præstat quod voluerimus. Vt velimus enim, & suum esse voluit & nostrum: suum, vocando; nostrum, sequendo: quod autem voluerimus solus præstat, id est, posse bene agere & semper beatè viuere.* Quæ similiter Ianfenius non limit esse Augustini rectè sentientis; sed ei etiamnum erranti, & Semi-Pelagianismum suum ruminanti adscribit, ne sufficientiam gratiæ inibi stabilitam cogatur admittere. Tres hoc loco vtuntur Bellarminus, Suarez, & Lessius, & opera sibi pretium facturus videbatur Ianfenius, si vna omnes sepiâ denigraret. Colorem proinde erroris quaerunt. Verum vt illi facile est pro libitu suo, Augustino abuti, sic nobis de eadem fidelia rursus omnes dealbara. Nullum igitur errorem agnoscimus dicto libro ad Simplicianum, sed constantem sanctissimi Patris doctrinam. Siquidem lib. 1. Retractationum cap. 23. eum de eo ageret, quod in propositionibus epistolæ ad Romanos Presbyter tradiderat (*fidem susceper esse à nobis*) hæc sententia se corrigat: *Vtrumque (credere, & operari) nostrum est propter arbitrium voluntatis, & vtrumque tamen datum est per Spiritum fidei & charitatis.* Et deinde: *Vtrumque ipsius est, quia ipse preparat voluntatem, & vtrumque nostrum est, quia non fit nisi volentibus nobis.* En similibus, imò iisdem propè verbis confirmata, quæ ad Simplicianum scripserat. Eat nunc & iactet Ianfenius Scriptores illos obiectiones Pelagii, & aliorum errantium pro doctrina S. Augustini arripuisse, quando ipse verissimam eius doctrinam errorem facit; & sanctissimum Doctorem pro libitu suo errantem, & retractantem.

VI. IMPOSTURA.

Iansenius docuisse asserit Auctores Societatis (citaturque Suar. Bellarminum, Lessium, &c.) etiam in statu natura lapsa post gravissimum illud peccatum, quo natura damnata est, gratiam Dei sufficientem creaturæ rationali adhuc esse debitam. Tom. 2. col. 760.

Sed his omnibus hoc manifestè imponit Iansenius Nam Suarez lib. 2. de Prædestinatione cap. 2. n. 4. è diametro docet contrarium, his verbis: Debitum non est humane nature eleuari ad ordinem gratiæ, seu fieri participem donorum eius: non est, inquam, debitum non solum ex propria iustitia, verùm etiam ex debito proportionis seu exigentia naturalis. Et infra: Finis ad quem providentia gratiæ tendit est supernaturalis & natura non debita. Bellarminus & Lessius in locis à Iansenio citatis tantùm docent, æquum esse Deum homini, ad finem supernaturalem ordinato, media necessaria non denegare. Homines omnes debere habere auxilium sufficiens ad non peccandum.

VII. IMPOSTURA.

Lessius (ut ait Iansenius) discretionem credentium ab incredulis in cardinem humane libertatis refundit. 2. eidem adscribit determinationem ad bene agendum perinde ac omittendum. 3. In eo magis hallucinatur quàm ipsi Massilienses. 4. Consequentia, quam à statu natura integræ format ad statum natura lapsæ, Augustino capitaliter repugnat. 5. Ideò à duabus facultatibus Louaniensi, & Duacensi doctrina eius proscripserunt. Vide Indicem Tom. 3. verbo Lessius.

Conglobatæ sunt hæ Iansenij calumniæ, & ferè totidem quot sententiæ. Nam 1. Fides est, quæ discernuntur credentes ab incredulis. Hanc donum Dei esse cum Catholicis omnibus docet Lessius. Falsum ergo quòd discretionem illam in cardinem humane libertatis refundat. 2. Item quòd eidem soli tribuat æquè determinationem ad bene operandum quàm omittendum: cùm boni operis principium ponat, & gratiam, & liberum arbitrium: ommissionis verò solum liberum arbitrium. 3. Hallucinatur ergo non Lessius sed qui eum in hac re dicit hallucinari Iansenius. 4. Consequentia de statu hominis integri ad lapsum, in suo sensu bene & verè formauerat Lessius, hoc modo: In statu innocentia sufficiebat homini ad salutem gratia, quæ poterat perseverare: ergo & nunc. Intelligebat verò id Lessius, non quòd eandem & omnino similem gratiam, uti Adamo, ita & nobis vellet sufficere; sed quòd utriusque respectivè talis sufficeret, quæ posset perseverare, & sic consequentia eius optima est. Quod quia malè intellexerat Censores illi; idèò & hoc, uti alia, malè censerunt, & ab Apostolica Sede sub gravi anathemate cohibiti & repressi fuerunt: appenso publicè per Apostolicum Nuntium, Episcopum Calatinum, Pontificio decreto, cuius verba supra præfatione ad lectorem recitavimus. Nec debuerat eam censuram à Sede Apostolica iam abolitam & obliuione sepultam resuscitare Iansenius; & nos inuitos cogere ad ea vulganda, quæ ad usurpatam & illegitimam illam censuram attinerent. Inconsideratiùs ergo, & ut multa alia, ipso etiam Iansenio crudius posuit Auctor Indicis, Lessij doctrinam à duabus Facultatibus Theologicis Louaniensi & Duacensi fuisse proscripam. Eruditissimè enim Censoribus illis pauculis, pleraque illa, quæ ipsi censura notabant ab antiquioribus & celeberrimis Louaniensis scholæ Doctoribus, Ruarido, Driedone, Cuncero aliisque & docta pridem & scripta fuisse; & non se, sed illos ab auita Academiæ doctrina desciscere. Quo verò loco hac in parte habenda sit doctrina noui Censoris Iansenij, iis, quorum interest, iudicandum relinquimus: iis præsertim, qui eum damnatas, quas resuscitat, propositiones solenniter eius esse sciunt, vel audierint: nobis per xviii. Articulos supra indicasse fat est, quemadmodum in Capitalibus quibusque principiis à communi Scholasticorum & suæ inprimis Academiæ doctrina, Doctoribus Scriptoribusque recesserit.

COROLLARIUM

Thrasonismum egregium continens Iansenij, & encomia quibus Philosophiam exornat, ac Scholasticam Theologiam.


Quemadmodum aduersus sanctos Patres, Græcos præsertim, Augustino antiquiores (quorum auctoritatem formidabat) eo se astu muniuit Iansenius, ut quæ in re sibi aduersaturos prævidebat, in eâ Semi-Pelagianismi eos accusaret: sic eadem industriâ Philosophiæ & Scholasticæ Theologiæ (quòd earum rationibus dissoluendis imparem se agnosceret, cùm neutram esset professus) existimationem eleuauit: in hoc etiam nostri temporis Hæreticis non absimilis, quorum familiare conuicium est (dum veritatis & rationum ponder-

re à Catholicis opprimuntur) Sophistas eos appellare. Sed age dum toto Iansenij opere sparsim Philosophiæ, & Theologiæ encomia colligamus. *a Philosophia*, inquit, *prima est origo istius Heresis Pelagiana*. . . . *Philosophia interpolatrix est veritatis Christiana*, non integratrix. . . . *Per nouâ subortâ luce, demò ab inferis reuocatum est*. Philosophiæ rursus illud Augustini accommodat; *b Sapiencia verbi, quâ euacuatur crux Christi*. Philosophis in vera ratione & Ecclesiæ auctoritate fundatis (quos enim alios designet, quàm Catholicos, quibuscum illi de Gratia controuertia est) illud Tertulliani impingit: *c Philosophi Hæreticorum Patriarchæ*. Sed meminisse debet Philosophiæ-matrix, quantum Philosophiæ Christianæ, certissima veritatis indagatrici tribuerit D. Thomas Doctor Angelicus; quantum (quod ipse alibi fusè exaggerat) D. Augustinus. Pergit Iansenius, & Philosophiæ contentions, quæ de Gratia est, semen adscribit. *d Quid*, inquit, *nostro seculo sopitas illas tot seculis contentiones de Gratia auxilium suscitauit, nisi eadem Philosophia*? Non est Philosophia, Iansenii, sed illa tua vnus iudicij temeritas, non Summorum Pontificum definitionibus acquiescens, non grauissimis censuris exterita, quò minus (quod feuerissimo decreto Sedes Apostolica vetuerat) de Gratia scriberes, & propositiones ab Ecclesia damnatas D. Augustino assereres.


e Tom. 2. l. Proëmiâli cap. 8. *f Tom. 2. l. de grat. pr. hom. c. ult. g Tom. 2. l. 2. de stat. nat. laps. c. 15.* *h Tom. 2. l. Proëmiâli c. 11.* *i Tom. 2. l. proëmiâli c. 30.* *l Tom. 2. l. proëmiâli c. 8.* *m Tom. 2. l. proëmiâli cap. 28.* *Iam & Theologiam Scholasticam quo fastu contemnit? Illius argumenta, & deputata Aristotelica Metaphysicæ eliquationes: f Philosophicæ tricas, & ineptias è classibus Dialecticorum petitas per ludibrium appellat. Theologos g sectatores Dinomachi & Epicuri indignat. Alibi h eisdem Hæreticis difficiliora argumenta suppeditasse inuidiosè criminatur. Sed hæc minora sunt conuicia, si cum grauioribus, quæ sequuntur, calumniis conferantur. Cuius hoc esse dicemus audacia, quòd à quingentis ferè annis Doctores Scholasticos (& cum iis Ecclesiam) improbatas opiniones recepisse, & Augustini doctrinam tot sæculis receptam, probatamq; per inspectionem contrariarû opinionum aboleuisse: quos eo solum nomine ab hæresi excutias quòd sententias ab Augustino (vt ipse sibi persuadet) reprobatas, numquam tamquam Catholicam fidem tenuerint; sed tamquam opinionem suam. Sed ne conuiciorum multitudinem obstruas, vnum tantum alterumve Theologorum encomium atteximus. *l Quæ admodum*, inquit, *in Theoricis (Scholastici Theologi) limites rerum verè diuinarum transendo non semel in Chymicis abstractiones incidunt; ita in practicis morales regulas agendorum, simplices relinquendo, quas simplex, & genuina ratio, & antiqui Patres prescripserunt, tam laxas effecere conscientias, sub prætextu accommodandi se infirmitatibus hominum, vt nihil opus sit nisi sceleratos fieri homines. vt noua aliqua licentia regula fabricetur. . . . Ita solus ille sobriè sapiens maximorum Theologorum doctrinam vellicat, suam verò mirificè deprædicat, & supra modum extollit, & cum ceteros velut umbras magnus ipse Tiresias despexerit, nihil nisi charitatem magistratam sonat; illam videlicet D. Augustini & Apostoli, quæ patiens est, benigna est, non amulatur, non inflatur, non est ambigua. Ignosce, Lector, si vnum adhuc charitatis istius factum producimus, & finimus. *m Recor*, inquit, *Theologia ad humana rationis modulum, & Philosophiæ gentilis regulam concinnata est. . . . Tanto intervallo ab Augustini Theologia discrepat, vt vel ipse Augustinus, (quantum hallucinari in grauisimis rebus potest) hallucinatus sit: vel si Augustinus diuinarum rerum veritatem cum de aliis multis non precipuè de Gratia, & Prædestinatione contra Pelagianos iuxta Catholicæ Ecclesiæ sensum docuit; Recentiores isti profectò tantum ab otio vera Theologia, fide salutè, aberrauerint, vt neque fidem Christianam (quam animo vt Catholici tenent), neque spem, neque cupiditatem, neque Charitatem; neque naturam, neque Gratiam: eamque neque Angelorum, neque hominum; neque stantium, neque lapsorum; neque sufficientem, neque efficacem; neque operantem, neque cooperantem; neque præuenientem, neque subsequentem; neque excitantem, neque adiuuantem; neque virtutum, neque virtutem; neque opus bonum, neque peccatum; neque originale, neque actuale; neque meritum, neque mercedem eius; neque premium, neque supplicium creaturæ rationalis; neque beatitudinem, neque miseriam eius; neque timorem, neque amorem Dei; neque iustitiam, neque misericordiam eius; neque denique veteris, neque nouum Testamentum intelligere viduauerit: sed Babylonicam quamdam confusioem, Cymmeriasque quasi tenebras in Theologia moralis quasi faciem, maximè ratiocinationibus indulgendo intrulisse.***


Tu, Lector, vel ex solo impotenti stylo & effreni scribendi modo iudica, quid de hoc opere statuas: nos enim censoriam nobis auctoritatem non arrogamus; sed penes Apostolicam Sedem censuram omnem esse cupimus: quam dum prætolamur, Ecclesiæ Dei publicæque pietatis interesse existimauimus, specimen aliquod doctrinæ Iansenianæ propriis ipsius verbis depromptam oculis subiicere, & cum variis probatè damnatæque moneta dogmatibus collatum expendere: ne quis tamquam oracula de tripode habeat, quæ tam præfidenter Iansenius effutit. In quo nihil magis amplectimur, quàm quòd, vt Catholicum deuenit, sub vitæ finem omnia iudicio Sedis Apostolicæ submisit. Fortasse & ipse motu suo non pauca emendaturus fuerat, si ei per quietem animi opus suum recognoscere, vel retractationum libros scribere licuisset.

AD MAIOREM DEI GLORIAM.



Beke
DEUTSCHEN
RECHTS
LEHRE







BOSCO
DE DEO
ET FIDE

Th
447a

Bosco
De Deo & Fide
Item
Theses variae.
D IV
7